Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

KW 298 D 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

291 Bilder

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

43301.



AMSTELÆDAMI apud JANSSONIO-WAESBERGIOS & HENR. WETSTENIUM
CIↃ IↃC. LXXXII

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

TANTO NOBILIOR QVISQVE,
QVANTO PROPINQVIOR DEO EST.

AT

OMNIS IN ILLVM PROPINQVITAS
DE VICINITATE VIRTVTVM,
DE VITIORVM FVGA,
STATVENDA.

NATIONALE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

GENERE, INGENIO, PROPRIISQ;

MERITIS

SPECTATISSIMO VIRO

DN. PAULO UCHELIO

HENRICUS WETSTENIUS

S.

QUam dudum anxiè deſideravi, Vir Spectatiſſime, *ea mihi nunc ſe ſiſtit occaſio, ut publico nimirum ſpecimine teſtarer, quanta ſint Tua merita, quantoque apud me ſemper in pretio habita. Talia verò ſunt, ut quoties ea penitiùs in-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

inſpicio, toties mihi geminati ſplendoris aliquid inde reluceat, nec à ſexennio (tantum enim eſt ex quo ſuaviſſima Tua conſuetudine fruor) exhauſta ſit novæ indies admirationis materia. Nempe quam à teneris familiarem Tibi feciſti omnium Virtutum ſeriem, tanto politioris ſtudii decore exinde ornaſti, ut nihil Tibi eorum deſideretur quæ beatiſſimam hominis conditionem efficere poſſunt. Neque neceſſe habes, ut, quæ ſola aliis exiſtimationem affert, avita familiæ gloria Tuis laudibus aliquid addat, quum illi potiùs ex generoſa animi Tui in-

indole, morumque ſuavitate ſumma, plurimum pretii & honoris accedat. Nec eſt quòd ſummè propenſum in omnium ingenuarum artium cognitionem Tuum animum deprædicem, jam ſatis ſuperque notum atque probatum omnibus. Et dum alii largiori fortunâ gaudentes rebus augendis ſtudia ſua unicè impendunt, Tu quicquid in elegantiores literas bonaque ſtudia liberaliùs effundis, lucro ducis. Quum igitur perpetuæ Tuæ occupationes non aliæ ſint quàm quæ Heroas decent, heroica iſta Symbola iteratâ hac editione præter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ter Te inſcribenda erant nemini, accedente inter alias eâ cauſâ, quòd pluribus Tibi devinctus ſim ob eximiam comitatem, qua me excipis quotieſcunque Tui mihi copia fieri ſolet. Accipe itaque hunc librum, gratitudinis teſſeram, nec quàm ſit exiguus, ſed quo Tibi offeratur animo, perpende. Vale Vir Ampliſſime, me meaque favore Tuo ulteriùs dignari perge.

Amſtelædami Nonis Auguſti, cIↃ IↃC LXXXI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Sequuntur prioris editionis
Dedicatio & Præfatio.



PETRVS ALOYSIVS CARAFA, EPISCOPVS TRICARICENSIS, AD TRACTVM RHENI ET INFERIORIS GERMANIÆ PROVINCIAS CVM POTESTATE LEGATI A LATERE NVNTIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ILLVSTR^{MO} AC REV^{MO}
PETRO ALOYSIO
CARAFÆ
EPISCOPO TRICARICENSI
AC
SEDIS APOSTOLICÆ
LEGATO.

HEROEM quærere, cui dicarem Heroïca hæc Symbola, non debui; dum Te, ILLVSTRISSIME ANTISTES, ac LEGATE, iam decennium intueor, quem Genus & Virtus (nam hæc duo Heroës faciunt) prorſus ab vſitatâ conditione hominum eximere videntur. Scio CARAFÆÆ Genti à Scriptore egre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Angelus Conſtantij in Hiſtoriâ famil. Caraf.

gio primas deferri, inter familias eorum
Nobilium, quos Campanus ager, Orbis terrarum pulcherrimus, non frugibus magis
quàm deliciis, alit ac nutrit. Sedenim dum
eiuſdem Gentis ſtemmata conſidero, egredi fines vnius Regni, veluti anguſtos, debeo; atque diſquirere in Italiâ vniuerſâ,
num proſapia nobilis alia ſit, quæ me adeò
in enumerandis decorum & magnæ fortunæ titulis fatiget. Vt ad Tritauos, vel ſuperiorum ætatum Maiores tuos, non eam, inter quos ipſa Maieſtas Regia non defuit; ſola horum poſteritas dabit in cenſu (præter
Epiſcopos plurimos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & Apoſtolicos Legatos) VIII. Archiepiſcopos Neapolitanos, S. R. E. Cardinales IX. & I. Pontificem Maximum: ex
Proceribus aliis, Comites LXX. Marchiones XXXII. Duces XLIV. ac Principes XIV.
vt tacitus prætercam Proreges, Ductores
maximorum exercituum, Equitum Magiſtros,

giſtros, Supremos Militarium Ordinum Præſides, Hiſpaniæ Magnates, Aurei Velleris Equites, & S. R. Imperij Principes, quibus ætas iſta non caruit. Seorſim hos ipſos referam, quos alioqui cogere intra vnius Epiſtolæ breuitatem nequeo: & in præſentiâ vt nominem dumtaxat Progenitores Tuos; Atauum habuiſti ANTONIVM, cuius conſilio eſt cur Neapolitanum Regnum acceptum referant Potentiſſimi iam Reges Hiſpaniarum; Abauum GVRELLVM, Regi Ferdinando intimum ac fidum; GALEOTTVM Proauum, Federici Regis & Iſabellæ Reginæ eius coniugis conſobrinum: ex quo TIBERIVS primò Terræ-nouæ, dein Suriani Comes, ac Nuceriæ Dux; in ſecundis verò liberis DIOMEDES Auus Tuus, prodierunt. Ob huius verò Aui merita PHILIPPVS II. Rex Hiſpaniarum Sapientiſſimus Parentem Tuum OCTAVIVM appellauit Antij

Mar-

Marchionem: cuius iam generoſam ire in ſæcula poſteritatem vides. Tametſi verò doleas, ereptum è viuis FRANCISCVM Fratrem, perinde Marchionem Antij, & Cerciæ Ducem; lætari potes, dum repu- tas, ſupereſſe ſplendori ac dignitati eius OCTAVIVM filium, & CAROLVM ne- potem. Tametſi pariter doleas ob funera duorum adhuc Fratrum; nempe DIO- MEDIS, quem ſacræ infulæ Eccleſiæ Tri- caricenſis ante Te inornarunt, ac inſu- per THOMÆ, quem incredibili memo- riâ, ingenio maximo, eloquentiaque ad- mirabili præditum, ſacer Ordo ſancti Do- minici, Tecum, nimis citò deſiderauit; ſolatium magnum hauris nihilominùs ex TIBERIO Fratre, Biſiniani Principe, Au- rei Velleris Equite, atque Hiſpaniæ Ma- gnate; quem neſcio Tuum, an Familiæ, an Regni totius decus, & delicias potiùs nominarim.

Inter

Inter has generis quaſi ſtellas, haud ego Te dixerim micare, velut micat inter ignes Luna minores. Debet inter ſidera Solis inſtar conſulgere, quiſquis ille eſt, quem Genus & Virtus certatim Heroëm conſecrant. Etenim ſtellarum aliquas, & Lunam ipſam, afflatus maligni ſæpenumerò accuſamus: at Sol ſolus eſt extra maleficij eam notam, ſemperq́ue proſper, ſalutaris, & Virtuti ſimillimus, gratuſq́ue bonis & malis oritur. Quàm gratus omnibus Tu ſis in his Regionibus, dicent Vrbes, Prouinciæ, Populi; & qui ſunt inſtar omnium, dicent amplæ huius Legationis Principes Maximi. Sol circumagitur causâ communis boni: publico Tu perinde obſequeris commodo, Tui vel contemptor, vel immemor. Sol nubium ac ventorum, Tu animorum & pectorum diſſidia componis: ac fit pulcherrimè, vt vbicumque alteruter fulſerit, ex æquo ibi conſerenet. Verùm

ipſe Sol cupit excuſari, velut impar Heroï expingendo; etſi peritè adeò in campis flores, in cælo Iridem pingit. Videlicet nequit ſatis exprimere coniunctam in Te cum Nobilitate moderationem animi, ſeu quæ circa opes, ſeu quæ circa voluptates, ſeu quæ circa honores verſatur, nullam enim excipio; & opum tamen, voluptatum, honorum ſolet in primis eſſe appetens Nobilitas. Quid dicam de laboribus aſſiduis, quibus non frangeris, vel ideò quia conſtantiam adamantis præ Te fers in eis ſuſcipiendis & ſuperandis? At in Nobili viro plerumque labor eſt labes, ſudor eſt pudor; contrà verò negotium eius cum aſſiduitate, nihil eſt aliud quàm otium cum dignitate. An non ſingulare illud videtur, ad omnia & ad grandia in primis conſilia Te vnum ſufficere, nec aliorum ſententiam rogare, quaſi integrum propè in animo Senatum habeas? Quod cùm ſit alioqui periculoſum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

culoſum, abs Te fit citra erroris metum: quia bonæ Te artes ac diſciplinæ, ſeu mites & quæ elegantiam conferunt, ſeu graues & quæ regunt Orbem terrarum, iuris humani diuiniq́ue arbitræ, ſeu ſublimes illæ, quæ mundum contemplantur & mundi Conditorem, omnes ſimul excoluerunt: imò venerunt quodammodò ad Comitium, vt Te vnanimi ſuffragatione, in hac hominum Republicâ Conſulem dicerent. Quas ſimul artes ac diſciplinas, quia rarò admodum Nobiles viri vniuerſas capeſſunt; hinc euenit rarò ſumma ea felicitas, vt vel Philoſophi regnent, vel Reges philoſophentur. Profectò has præſtantis animi dotes ad Romanam Aulam Tecum ferens, Veteranus extemplò habitus es, & dignus qui populos regeres. Ideò vix adueneras, cùm PAVLVS V. Pontifex, poſt encomia nobilitatis, eruditionis, prudentiæ, ac probitatis, Te conſtituit Ferrariæ Prolegatum;

 affir-

affirmans, exordia honoris maiora ab ſe conferri non poſſe, quàm vt ei ditioni præficeret, cui & receptæ non ita pridem, & Magnatibus aliis finitimæ, cuſtos prudens cumprimis ac fidus deſiderabatur. Exacto ibi ſexennio, cùm ineunte Principatum GREGORIO XV. Romam redires, litteris ad eum Pontificem datis, Ferrarienſis Magiſtratus obitam Præfecturam adeò laudauit, vt Te fuiſſe ibi Aureum Præſidem, & mutaſſe propemodum in eâ ciuitate ferri appellationem, apparuerit. Mox à reditu ex ciuitate Ferrarienſi, GREGORIVS XV. vix quieſcenti, Prouinciam Firmi dedit moderandam: quam optant Primarij Præſules, vt in eâ obire gratas vices Cardinalis conſanguinei eiuſdem Pontificis poſſint; nam is ſemper eius Prouinciæ gubernaculo præficitur. Ibi quoque admurmuratione ſecundiſſimâ Præſidem agens, promeritus es, vt præter litteras iterùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

rùm ad Pontificem datas, quæ commendatione præcipuâ fungebantur, abeunti Magiſtratus Firmanus publico decreto ſcripſerit Monumentum in veſtibulo ipſo Senatoriæ Domus. Sed etiam, reſtauratis Ædibus, quæ in eâ parte ab imbribus vitium acceperant, monumentum illud glorioſiore adhuc elogio renouauit proximè ſuperiore anno: tam firma de Te, in eâ Firmanâ vrbe, ſanè Tui ſtudioſiſſimâ, perſeuerat, imò perennat fama & recordatio. VRBANVS VIII. Pontifex Maximus fuit, qui Te inde Romam deuocauit, exeunte fermè illius Præfecturæ biennio, & qui Te ſponte dixit Antiſtitem Eccleſiæ Tricarienſis, Legatumque Apoſtolicum ad tractum Rheni, atque ad Prouincias inferioris Germaniæ: hoc eſt, ad quinque maximos è ſeptenis S. R. I. Archiepiſcopatibus, & ad Epiſcopatus plurimos eorum ſuffraganeos; quibus omnibus, vno annexu, ineſt gloria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ſimul ſacri ſimul temporarij Principatus. Hîc iam decennium agis, & munia publica ita obis, vt cunctis manifeſtum reddas, ab VRBANO Maximo beneficia & honores in Te optimè collocari. Sunt mirati Rhenus, ac finitimi amnes, ſæpiùs Te vltro-citroq́ue commeantem, benefaciendo ire ac redire; atque vbicumque demum fueras, offerre virtutem, referre famam: quaſi non alio viatico ad gloriam vtereris. Dum in Vrbibus deinde quieſceres, ab eâ ipsâ laude numquam ceſſabas. Vt complectar ſummatim cetera; morum integritas, ingenium facile atque officioſum, conſtans & perpetua in Deum pietas, & conſcientiæ ſolius, præ quibuſuis aliis rationum humanarum ſuffragiis, prærogatiua, Te, cùm ſis à Genere nobiliſſimus, multò à Virtute nobiliorem efficiunt; hoc eſt, verum HEROEM, cui meritò videar hæc SYMBOLA HEROÏCA, in obſequij mei perpetui teſſe-

teſſeram, dedicare. Valeas diutiſſimè, & qui es compos Nobilitatis ac Virtutis magnæ, ſis pariter compos magnæ fortunæ, ac magnæ felicitatis. Ita voueo Tibi,

ILLVSTME ac REVME PRÆSVL,

Addictiſſimus & obſequentiſſimus

SILVESTER PETRA SANCTA
è Societate IESV.

Leodij Kal. Mart. M.DC.XXXIV.

ELO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ELOGIVM GENTIS CARAFAEAE AC STEMMA PROCERVM EIVS.

VEtus fama, & à priſcis Auis tradita, originem CARAFAEORVM refert in ſtrenuum quemdam Ducem, qui ex prælio victor, ad Cæſarem, quem pugnando ſeruauerat, ſuo ac hoſtium ſanguine conſperſus venit: meruitque vt idem Cæſar, in ipſo familiæ decora, ſimul ore, ſimul manu æternaret, dum ore videlicet laudans eius CARAM FIDEM, cognomentum CARA FE compoſuit; & manu, ſeu exſertis eius ternis maioribus digitis, cruorem extergens, in thoracis chalybe, teſſeram illius gentilitiam delineauit. Quod ſi ita eſt, tunc primùm Inſignia CARAFAEORVM, nempe albentes lemniſci tres, in puniceo madore, ſplenduerunt; lineæ profectò, quæ, ſi tabula & colores conſiderentur, indicant, non Apellem aliquem, ſed Achillem, fuiſſe inclytæ huius familiæ conditorem.

Sunt qui eiuſdem familiæ Caput credunt fuiſſe potiùs Magnatem alium, ſtirpis Regiæ in Poloniâ, ex proſapiâ

Antonius Carracciolus in Vitâ Pauli IV.

Philibertus Campanile de Inſig. Nobil. Bonfinius in Commentariis Regni Hungariæ.

KORCZAC; *quæ ibi vox idem ſonat, atque in Italico idiomate* CARAFA; *hoc eſt, guttum ex vitro, ſeu cryſtallo. Ex quâ familiâ quoniam vnus aliquando Pannoniæ Regnum obtinuit, coniiciunt euenire potuiſſe, vt* CARAFAEORVM *Gens Inſignia Regni Pannoniæ ideò habuerit, quaſi Maieſtatis Regiæ monumentum.*

Michaël Longinus ab Eſte de Coronis Principum.

Attamen etſi non deeſt, qui affirmet, prorſus ea, & CARAFAEORVM Inſignia congruere; diſcrimen facit alba tæniola, quæ vel vni parmulæ teſſerariæ additur, vel alteri ſubtrahitur. Ludere par impar quidem videtur inferius Maieſtate; ſi certare tamen ſit neceſſe de numeri gloriâ, ſuffragabitur teſſeræ CARAFAEORVM *vetus Poëtæ oraculum:*

——Numero Deus impare gaudet.

Angelus Conſt. in Hiſt.famil. Caraf. Franciſcus Sanſouinus de Nobil. famil.Ital.

Alij Scriptores Virum Principem ex Germaniâ in Italiam veniſſe arbitrantur, nomine SIGISMVNDVM, *& Piſis, olim potenti Etruriæ vrbe, fuiſſe ſupremum Cæſaris Vicarium, atque adeò fixiſſe ibi larem, & liberos procreaſſe, appellatos ex ipſius nomine Sigiſmundos. Poſteà*

Scipio Mazella in deſcriptione Regni Neapolitani.

aiunt Stephanum ex eius ſtirpe, Virum planè militarem, immigraſſe aliò, & perueniſſe ad Regni faſtigium. Cùm enim Inſulam Sardiniæ à Saracenis liberaſſet, meruit in Comitiis Rex acclamari; Regnumque non adminiſtrauit modò, ſed contulit Riccardo filio. Huic moderatio aut felicitas Parentis defuit: quocircà Regno exutus Neapolim conceſſit:

conceſſit: vbi Henricus Cæſar ſubitis & magnis honoribus eum proſecutus eſt; & ea res conſilium dedit, familiam fundandi, compotem poſteà maximorum decorum, Regum affinem, & Reginarum conſanguineam.

Demum neque illud omiſerim, fuiſſe aliquos eâ perſuaſione, vt exiſtimauerint, vnam Gentem eamdemque ſtirpem eſſe Neapoli, CARAFAS, *&* CARACCIOLOS; *cùm exſtent ibi nonnulli ſepulchrales lapides, vtroque eo cognomento inſcripti, vti mox referam. Id ſi eſſet, cumulus ingens nouæ gloriæ, nouæque amplitudinis, ex hoc mutuo nexu generis, vtriſque ex æquo accederet: quia de Caracciolis mentio eſt in tabulis ſignatis, dum imperaret Conſtantinopoli Baſilius Macedo, vertente nimirum à partu Virginis ſæculo IX. & fermè ad eam ætatem pertineat, quòd Eugenius IV. Pontifex Archiepiſcopo Neapolitano mandauerit diſcuſſionem Controuerſiæ* de Iure patronatus, *vt vocant, fundato annis antè quingentis à Petro Caracciolo. At hæc duo præcipua Regni Parthenopæi lumina cogere ad vnum quaſi iubar, neceſſarium non videtur: ſed potuerunt* CARAFAE, *orti à Sigiſmundis Piſanis, vti connubia inierant cum Caracciolis, Magnatibus illius Regni, maternum cognomentum ibi honoratiſſimum, quoniam erant externi, paterno ſuo anteferre, ad promerendum Vrbis ac Regni amorem, donec propria ipſorum familia atque ſucceſſio ſtabiliretur. Certè ipſe* PAVLVS IV. *&*

Ex tabulis Cœnobij ſancti Sebaſtiani.

Angelus Conſtant. Franciſc. Sanſouin.

ante illum Oliuerius Cardinalis, putarunt eſſe magis ad Annalium fidem, ſi CARAFAEORVM *genus duceretur à Sigiſmundis, quia hi perinde iconem teſſerariam rubram habuerunt triplici verſu argenteo exaratam. Imò ex iiſdem Sigiſmundis oriundos Caracciolos Rubros, quos vocant, credidit idem* PAVLVS IV. *nam neque horum ſigna Gentilitia diſcrepant, niſi quòd ſit variatio in capite ſcutario, ex Regis Roberti dono: qui teſſeræ ſuæ colorem cyaneum eis conceſſit; & hi ſoli fortaſſe vnum habuerunt cum* CARAFIS *genus, atque vtramque appellationem ipſis pepererunt.*

Quòd ſi exiſtimare velimus, familiæ huius exordia ignorari, tamquam Nili fluuiorum maximi: ſaltem quia quæ nota ſunt illius tempora, magnitudine numquam caruerunt, transferre mihi liceat ad ipſius Proceres hanc Horatiani Carminis imitationem:

Libro 3. Carm. Ode 6.


Damnoſa vos non imminuit dies:
Ætas Parentum, Maior Auis, tulit
Vos fortiores; mox daturos
Progeniem generoſiorem.

Jam vt horum ſtirpem vniuerſam, ſimulacro arboris, vti fit, per ſurculos ſeu ramalia eius diſponam; fateor totam eam non poſſe comprehendi, niſi aliquis Centimanus Gyas in arborem, ex Poëtarum quaſi faſcino, ſed innocenti ac delectabili, mutetur. Ne populum proinde aliquem potiùs

quàm

quàm familiam vnam videar ordinare; ſolos eos referam, qui à titulis illuſtres præ aliis fuerint, aut eorum Parentes, vt ad illos vtique per hos veniam. Iidem illi nihilominùs Populus eſſe, ſed Populus Magnatum tamen ac Procerum videbuntur. Omnes porrò diſcriminari ſolent vel ſtateræ vel ſpinæ virentis teſſerâ : quæ vtraque res, ex ſapientum iudicio, icon honoris exiſtimatur, & Symbolum Principatus.

Stirpem & ramos ſeparo; ne dum ea explicat ſe latiùs, libri magnitudinem excedat, vel ſit neceſſe vniuerſam eius gloriam plicando in arctum cogere, & veluti caſtigare. Prodeuntes ex ſtirpe ſurculos, Latini numeri; cifræ autem, ſeu numeri Barbari, diſpoſitas in ſurçulis teſſerarias icones, & nomina Heroüm, ſeu Procerum, indicabunt.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

1. *SCriptus in hac arbore primus eſto* PHILIPPVS CARACCIOLVS, *appellatus* CARAFA, *qui videlicet, ſuſceptis liberis ex illuſtris proſapiæ Uxore Caracciolâ, dederit eiſdem generis materni appellationem. Ab hoc autem ſumere initium libuit, quia temporis nota in eius obitu reperta congruit cum ætate filiorum & nepotum. Obiit verò anno biſcenteſimo vigeſimo poſt milleſimum. Nec extra gloriam fuerit, à* PHILIPPO *exordiri ſtirpem vnius Gentis, ex quâ expectare ſit plurimos* ALEXANDROS.

2. BARTHOLOMAEVS I. CARACCIOLVS CARAFA, *Baro Ripæ longæ, filius Philippi.*

3. PHILIPPVS II. CARACCIOLVS CARAFA, *filius Bartholomæi.*

4. THOMAS CARACCIOLVS CARAFA, *filius Philippi II. de quo tumulus hîc Neapoli ſupereſt in Æde ſancti Dominici:* Hîc iacet corpus quondam Nobilis Viri, Domini Thomaſij Caraccioli, dicti Carafa de Neapoli, qui obiit anno Domini 1332.

5. BARTHOLOMAEVS II. CARACCIOLVS CARAFA, *Thomæ filius; cuius hic alter tumulus Neapoli munia eius honorifica etiam refert:* Hîc requieſcit corpus Domini Bartholomæi Caraccioli, dicti Carafæ de Neapoli, Militis magnæ Regiæ, Reginaliſque Curiæ Magiſtri Rationalis; qui obiit anno Domini 1362.

6. IOAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

6. IOANNELLIVS CARACCIOLVS CARAFA *Bartholomæi II. filius.*

7. GVRELLVS CARACCIOLVS CARAFA *filius primogenitus Joannelli; percarus Regi Vladiſlao, & magnus eius militiæ Magiſter. Cuius Præfecturæ ab eo geſtæ fit mentio in hoc Epitaphio:* Hîc iacet Nobilis & ſtrenuus Miles Dominus Gurellus Caracciolus, dictus Carafa de Neapoli, Regni Siciliæ Mareſcallus; qui obiit anno Domini 1402.

8. ANTONIVS CARAFA, *Ioannelli alter filius, & in quo primùm intermitti cognomentum Caraccioli animaduerto: fortaſſe quia vocabulum proprium habuit, cùm ob acre conſilium & excogitatiſſimam prudentiam* MALITIA *paſſim appellaretur. Sæpenumerò enim ſummas & exceſſui finitimas virtutes, exprimimus vitiorum appellatione: & fortiſſimos Viros, audaces; timidos eos, qui ſunt maximè circumſpecti, interdum nominamus. Ego ſanè dum attentiùs Viri præſtantiam intueor, ab expugnatâ & deletâ miraculo veræ prudentiæ malitiâ, eum ſic appellatum iudico; fermè glorioſiùs, quàm olim Heroës alios, vel Africanos, vel Numantinos, ab expugnatâ deletâque Africâ vel Numantiâ: quoniam minùs illuſtris Victoria eſt, vrbes expugnare quàm vitia. Hic Antonius conſtitutus Orator Reginæ Joannæ II. cui ſemper ab intimis conſiliis fuerat, Martinum V. Pontificem Florentiæ conuênit, venerans*

rans vt opitularetur Reginæ, obſeſſæ à Sfortiâ Magno, qui Duci Andegauenſi Regnum vi & armis quærebat. Tametſi autem Legatio auribus perparum ſecundis acciperetur, moribus Reginæ haud omnino dignis Eccleſiæ Romanæ eiuſque Antiſtitis ſupremi ope ac patrocinio; captans nihilominùs prudentiſſimè momenta idonei temporis, quo ſciebat Pontificem interminari Cæleſtium execrationes Alphonſo Aragonum Regi, ſi premeret diutiùs claſſe infeſtâ Corſicam Inſulam, Beneficiariam Eccleſiæ Romanæ (Genuenſibus enim eam eripere meditabatur) conſilio ſuo rem eò adduxit, vt Alphonſus Rex Pontifici obſequens fuerit, Reginæque (cui placatus eſt ſimul Pontifex) auxilia promiſerit, dederitque; adoptionem viciſſim ac ſucceſſionem, & dum Regina viueret, Principatum Calabriæ arceſque Regni omnes inſtar præmij habiturus. Itaque his amplis pollicitationibus, etiam refragante Regio Senatu, Regi Alphonſo perſuaſit, vt Regno Europæ locupletiſſimo florentiſſimoque (quod ipſe aiebat) vnum vtique Maris ſcopulum poſtputaret. Digna verò res fuit æternis monumentis, & inſcripta ideò eſt in eius ſepulchro ad ſancti Dominici hoc Tetraſticho:

Auſpice me, Latias Alphonſus venit in oras,
Rex pius, vt pacem redderet Auſoniæ.
Natorum hæc pietas ſtruxit mihi ſola ſepulchrum:
CARAFAE dedit hæc munera MALITIAE.

Liberos habuit, qui perinde ac ſinguli eſſent Primogeniti, excepto vno cælibe, & magno Equite Ieroſolymitano, propriam ſucceſſionem cum opibus ac titulis propagarunt: nam ex Primogenito Andriæ Duces, ex altero Duces Ariani, ex tertio Stiliani Principes, ex quarto Nuceriæ Duces, ex ſexto Duces Matalunij nati ſunt; & hi TRVTINAE *teſſerâ omnes gloriantur.*

9. BARTHOLOMAEVS CARAFA *alter filius Philippi II. ducit agmen aliud* CARAFAEORVM A SPINA. *Is cùm à Conſiliis fuiſſet Caroli II. Regis, præfuit inſuper Regiæ domui, dum regnaret Robertus Rex, Romæque Orator Joannæ I. Reginæ apud Pontificem fuit.*

10. ANDREAS CARAFA *filius Bartholomæi à Spinâ Præfectus cubiculo Reginæ Joannæ I. & Ductor vnius alæ Equitum eius; Forolivij ac plurium oppidorum in Regno Dominus ac Baro.*

11. PHILIPPVS CARAFA *alter eiuſdem Bartholomæi filius, Archiepiſcopus Bononienſis, S. R. E. Cardinalis, & Æmiliæ Legatus.*


12. BARTHOLOMAEVS CARAFA *item Bartholomæi filius, Barij Archiepiſcopus.*

13. IACOBVS CARAFA *Bartholomæi perinde filius, Epiſcopus Auerſæ.*

Qui omnes tres Andreæ fratres germani, euecti ad Eccleſiaſticas dignitates, confirmant me magis in illâ ſententiâ,

tiâ, ut credam, rectè ſumi originem CARAFAEORVM à Sigiſmundis Piſanis. Nam fit mihi veroſimile, Urbanum VI. Pontificem, uti Philippum Carafam inter Auguſtos Patres cooptauit, decorauitque eum Æmiliæ Legatione, ita dediſſe tum Bartholomæo Carafæ Barij Archiepiſcopatum (nam ex hoc ille, cùm Cardinalis nondum eſſet, appellatus eſt ad ſummum Eccleſiæ Principatum) tum Jacobo Carafæ ſacram cidarim & lituum Epiſcopatus Auerſæ. Hac verò beneficentiæ plurimâ ſignificatione vſus fuerit idcircò, ut CARAFAEOS ex Patriâ ſuâ oriundos, & ibi olim Magnates, primis iis honoribus condecoraret. Siquidem Urbanus VI. natus quidem Neapoli eſt ex Neapolitanâ Matre; ſed Pater eius fuerat Piſanus. Quin etiam, vt ad honores varios, & ad faſtigium Romani Pontificatus ex humili loco perueniret, profuiſſe illi potuit, quòd CARAFAEOS habuiſſet Patronos ac Mæcenates. Jam ſingulatim ANTONII & ANDREAE ſubnectam inclytam poſteritatem; & eos ambos mihi videor appellare poſſe cognomento Magnos, tam multos Heroës certatim in annos conſequentes procrearunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

I.

1. FRANCISCVS CARAFA *Antonij Magni primogenitus, opibus & liberis felix, morum innocentiâ & ſanctimoniâ clarus, ex primâ Vxore Mariâ Orilliâ, quam ei Regina Ioanna II. nuptum dederat, Carolum, Oliuerium, Alexandrum; ex alterâ coniuge Romanâ, proſapiæ Comitum nobiliſſimæ, Hectorem & Fabritium ſuſcepit. Diues admodum fuit, & Baro aliquot oppidorum; ſed ditior theſauro virtutum maximarum, quas coluit religiosè adeò, vt ſenium in Clauſtro exegerit. Ordini enim ſancti Franciſci ſanctioris ac ſeuerioris diſciplinæ, quarto lapide ab vrbe Neapolitanâ, domicilium exædificarat; vt ibi ſolo habitu abſimilis, cetera ex æquo innocens ac pius, viueret: atque ibidem tranquilliſſimè defecit.*

2. CAROLVS CARAFA *Franciſci filius, Airolæ Comes, Marilliani & Montis Sarcij Baro.*

3. IOANNES VINCENTIVS CARAFA *filius Caroli, Airolæ Comes, & Montis Sarcij Marchio. Is omnibus naturæ, indolis, educationis elegantiis excultus, & ideò ſingulariter charus Ferdinando, dum erat Princeps Capuæ, eidem poſteà Regi charior fuit. Deinde quoque Regis Federici animum ſibi tam vehementer conciliauit, vt coniugem accipere ab eo veluti Paranympho meruerit, Caellam de Ieuarâ neptem conſanguineam Reginæ Iſabellæ, coniugis eiuſ-*

eiuſdem Regis Federici, cum dote prædiuite ex maternâ illius hereditate. Item à Rege Federico creatus eſt Marchio: ſed non ita multò pòſt exutus omnibus ditionibus fuit. Etenim ſequi ſtudia Partium, dum armis de Regno Cæſar & Galli decernerent, aliquibus ad præmium, ſecùs verò ad patrimonij ruinam ipſi ceſſit.

4. OLIVERIVS CARAFA *Franciſci alter filius, & Vir doctrinâ, honoribus, opibus, famâque & rebus geſtis in ſuâ ætate maximus, annos tricenos non exceſſerat, cùm iam erat ſupremus Præſes in ſanctiori Senatu Alphonſi Regis. In Romanâ dein Aulâ Archiepiſcopatum Neapolitanum, S. R. E. Purpuram, & Epiſcopatus, Albanum, Sabinum atque Oſtienſem, vtpote ſacri Collegij demum Decanus, indeptus eſt. Pontificatu etiam non caruiſſet, in Comitiis Sixti IV. Innocentij VIII. & Alexandri VI. niſi Ferdinandus I. Rex, metuens ex eâ exaltatione nimiam* CARAFAEORVM *potentiam, interceſſiſſet electioni eius. Ceteroqui ea ipſius erant merita erga Regiam Aragonenſium Domum, vt ex grati animi ſignificatione, vel dum exiſteret in Purpurâ, ab iiſdem appellatus ſit Comes Rubrorum. Legatus à Latere in maritimam expeditionem contra Ethnicos & Barbaros Aſiæ, confœderatis Sixto IV. Rege Ferdinando ac Republicâ Venetorum, ex eâ rediit Victor, & catenam immanem, reuulſam ex portu Smyrnenſi retulit in Vrbem Romam, glorioſior ex hac ferri prædâ,*

Angelus Conſtan. in Hiſt. famil. Caraf. Alphonſus Ciaconius in Paulo II.

Angelus Conſtan.

Anton. Caracciolus in Vitâ Pauli IV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

prædâ, quàm olim ex auri torque Manlius. Pendet verò catena eadem hodieq́ue in Baſilicæ Vaticanæ ſacrario, Victoriæ illius monumentum. Functus inſuper Legationibus aliis, ſemper ſucceſſu magno, auctor fuit præcipuus, tum Pacis inter Sixtum IV. ac Rempublicam Venetam, tum reconciliationis Alexandri VI. cum Vrſinis Romanis Proceribus, quorum ideò Patronus audiuit. Munificentiâ propemodum Regiâ, Ædes varias Diuorum tam Romæ quàm Neapoli aut extruxit aut ornauit. Romæ quidem in templo S. Laurentij laquearia cyaneo lumine illuſa, & auro lita, quod adhuc indicant inſignia eius, ſumptuosè parauit: & Cœnobium Canonicorum Regularium S. Auguſtini fundauit, ad Diuam Virginem Pacis Tutelarem: vt ſileam reſtauratum magnâ ex parte Templum Aræ Cæli, & alterum Templum SS. Silueſtri & Martini, atque adeò Muſicum Organum in S. Petri ad Vincula, & Sacellum S. Thomæ Aquinatis in D. Virginis ſupra Mineruam Æde; monumenta item eius Eccleſiaſticæ liberalitatis. Adhæc dotes inopum puellarum perpetuas, quas ipſe Summus Pontifex in eâdem ſacrâ Æde D. MARIAE ſupra Mineruam diſtribuit quotannis ritu ſolemni, plurimas fundauit; grande vtique præſidium pudicitiæ, quam egeſtas ſæpenumerò proſtituit. At Neapoli ſub Arâ principe maioris Templi Cellam D. Ianuarij Epiſcopi, Martyris, & Patroni, ex coloratis & ſectis marmoribus, cum eleganti concameratione, quam ful-

Franciſcus Sanſouinus lib. 8. de famil. Vrſinâ.

Angelus Conſtan. in Hiſt. famil Caraf.

Anton. Caracciolus in Vitâ Pauli IV.

fulciunt nobiles columnæ, cum ſignis & cum teſſellati operis tabulis conſtruxit ſumptuoſè adeò, vt inter ſtructuras Italiæ admirandas cenſeatur. Eius certè operis elegantiâ famâque inductus eſt Alexander Sextus Pontifex, vt ſacra D. Ianuarij lipſana, ex Montis Virginis Cœnobio, in Cellam eam ornatiſſimam, permiſerit transferri. Vixit Oliuerius in Purpurâ annis ſex & quadraginta, ſemper integrâ, imò verò auctâ exiſtimatione, apud externos etiam Reges ac Principes; ac potiſſimùm apud Regem Catholicum. Habuit in cenſu annuo, è ſolis prouentibus Eccleſiaſticis, aureorum ſeptuaginta millia, quæ olim opes propemodum patrimonia Regum æquabant; felix quoniam eas obtinuerit, felicior quoniam eaſdem ſapientiſſimè diſpenſauerit. Obiit anno milleſimo quingenteſimo vndecimo: & vltimo biennio vixiſſe fertur maximè ex ſorbili auro; nec alio cibo nutriri decuit eum, qui ſemper habuerat animam auream. Sepulchrum denique ibi meruit, vbi ædificauerat diuo Ianuario triumphum.

Antonius Caracciolus ibid.

Angelus Conſtan. in Hiſt. famil. Caraf.

Idem.

5. ALEXANDER CARAFA *Franciſci tertius filius Neapolitanus Archiepiſcopus, in quem tranſcripſit eam dignitatem Oliuerius Cardinalis eius germanus frater.*

6. HECTOR CARAFA *Franciſci quartus filius, & ab eodem Cardinali Oliuerio fratre ſcriptus Comes Rubrorum. Hic Præfectus Cubiculo ſimul & Caſtris Alphonſi Regis II. alter Hector in re bellicâ fuit, tantiq́ue nominis men-*

menſuram rebus geſtis egregiè impleuit. Fouit quoque mirum in modum ingenia ætatis ſuæ, & Neapoli Gymnaſium publicum grandi ædificiorum acceſſione ampliauit. Quas omnes laudes in eo pietas, quæ comes eſt veræ nobilitatis, cumulauit. Vt verò eiuſdem pietatis exſtaret monumentum, ſacellum elegans exſtruxit ac dicauit Incunabulis Nati Dei. Ibidem habet tumulum cum hoc Epitaphio: Hector Franciſci filius Carafa, Rubrorum Comes, qui Alphonſi II. Neapolitanorum Regis cubiculo exercituiq́ue præfuit; cui perpetuâ fide obſecutus eſt domi foriſq́ue; Chriſti Incunabula Virgini Matri dedicauit, & monumentum hoc viuus ſibi fecit. *Vixerat cælebs, ſoliuſque gloriæ complexum amauerat: ideò Fratrem natu quidem minimum, ſed ſucceſſione ac primæ lineæ Carafæorum honore maximum, Comitem Rubrorum, ac patrimonij heredem dixit.*

7. FABRITIVS I. CARAFA, *Franciſci vltimus filius, Rubrorum Comes, Valentiani, Santerami, Turris Græcæ Dominus ac Baro.*

8. ANTONIVS I. CARAFA, *Fabritij primi filius, Comes Rubrorum, Marignanellæ ac Turris Græcæ Dominus & Baro.*

9. FABRITIVS II. CARAFA, *Antonij primi filius, Comes Rubrorum, atque Andriæ Dux, qui hanc Ciuitatem ſibi & poſteris coëmit, vt primus familiæ ſurculus*

in ætates conſequentes maiore quàm ſolâ Comitis gloriâ propagaretur.

10. ANTONIVS II. CARAFA, *Fabritij II. filius, Comes Rubrorum, & Dux Andriæ.*

11. FABRITIVS III. CARAFA, *Antonij II. filius, Comes Rubrorum, & Dux Andriæ.*

12. ANTONIVS III. CARAFA, *Fabritij III. filius, Comes Rubrorum, & Dux Andriæ.*

13. FABRITIVS IV. CARAFA, *Antonij III. filius, Comes Rubrorum, & Dux Andriæ.*

14. ANTONIVS IV. CARAFA, *Fabritij IV. filius, Comes Rubrorum, & Dux Andriæ.*

15. IOANNES VINCENTIVS CARAFA, *alter Fabritij I. filius, Archiepiſcopus Neapolitanus, & S. R. E. Cardinalis, electus à* CLEMENTE VII. *ipſo initio Pontificatus; hoc eſt, quando cenſetur prima laus noui Principis, optimos eligere.*

16. IOANNES THOMAS CARAFA, *Antonij Primi alter filius, Marchio Santerami.*

17. IOANNES FRANCISCVS CARAFA, *Ioannis Thomæ filius, Marchio Santerami.*

18. CAROLVS CARAFA, *Ioannis Thomæ alter filius, & Marchio.*

19. FRANCISCVS CARAFA, *Antonij Primi tertius filius, Archiepiſcopus Neapolitanus.*

20. FRAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

20. FRANCISCVS CARAFA, *alter filius Fabritij II. Marchio Bitetti.*

21. ANTONIVS CARAFA, *Franciſci filius, Marchio Bitetti.*

22. FABRITIVS CARAFA, *Franciſci alter filius, Epiſcopus Bitonti.*

23. VINCENTIVS CARAFA, *tertius Fabritij II. filius, Eques Ieroſolymitanus, & in eius militiæ illuſtri Ordine magnus Prior Hungariæ, & Prior item Capuæ. Fuit quoque Chiliarcha* PHILIPPI II. *in bello Luſitanico, famamque ſtrenui militis ſibi comparauerat tum ob defenſam aduerſus Thraces eorumque claſſem Melitenſium Inſulam, tum ob felices alias expeditiones aduerſus eoſdem Thraces terrâ marique. Fuit inſuper primus in ſupremo Regis Concilio, & tandem Ciurliani Comes obiit.*



II

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

I I.

1. THOMAS I. CARAFA *ſecundogenitus Antonij Magni.*

2. MALITIA CARAFA, *primogenitus Thomæ primi.*

3. THOMAS II. CARAFA, *Malitiæ primogenitus, Præfectus rei tormentariæ regnante Ferdinando Iuniore.*

4. IOANNES BERNARDINVS CARAFA, *Thomæ II. primogenitus.*

5. IOANNES BAPTISTA CARAFA, *Ioannis Bernardini filius.*

6. IVLIVS CAESAR CARAFA, *Ioannis Baptiſtæ filius, Epiſcopus Oſtuni.*

7. ANTONIVS I. CARAFA, *Thomæ II. alter filius, Epiſcopus Venafri.*

8. RINALDVS I. CARAFA, *Malitiæ ſecundogenitus, armorum vſu & militari gloriâ inclytus; quod vulnera accepta corpore aduerſo teſtabantur. Is in bello Neapolitano, cùm terni-deni ex Italis, totidem ex Gallis equeſtri prælio certarunt, inter commilites ſuos primus, impetu facto, aduerſarium ſtrauit, præbentemque ſupplices manus perduxit victor in caſtra: hoc egerunt pariter alij, ex virtutis eius æmulatione, atque ad ſuos, partâ celebri victoriâ, inter plauſus iucundiſſimos remearunt. Sed non erat promptior manu quàm conſilio Rinaldus; cuius vtique fide,* Franciſcus Bencius in Oratione funebri Antonij Card. Caraf.

prudentiaque & ſagaci animo, vſi ſemper ſunt Ferdinandus & Federicus Aragonij Reges, in capiendis deliberationibus iuxtà & in eis exequendis; cùm nimirum eſſet is qui auderet agere, quæcumque agenda ſuaderet. Ideò Ferdinandus Rex ei præmij loco dedit in Calabriâ oppidum S. Catharinæ cum prouentibus non contemnendis.

9. HIERONYMVS I. CARAFA, *filius Rinaldi I.*

10. RINALDVS II. CARAFA, *Hieronymi I. filius, Marchio Montis-nigri.*

11. HIERONYMVS II. CARAFA, *Rinaldi II. filius, Marchio Montis-nigri, S. R. I. Princeps, ac Generalis Dux exercitus Regis Catholici: de cuius militari gloriâ, tum recens fama, tum noſtri huius æui Scriptores tam multa referunt, vt ea velle in compendium cogere, ſit Viri præſtantiam premere iniurioſiùs, quàm eam glorioſiùs ad Poſteritatis inſtructionem exprimere. Ideò erit ſatius de ipſo fateri, rebus ab eo præclarè geſtis peræquè Scriptorum induſtriam, & Lectorum auiditatem certatim, cum voluptate tamen perpetuâ, fatigari.*

12. ANTONIVS II. CARAFA, *Rinaldi I. filius, non ſine futuræ magnitudinis præſagio, natus ipſo die ſalutatæ à ſidereo Internuntio Virginis; nam anno pòſt trigeſimo à* PIO V. *in eiuſdem diei peruigilio ſcriptus inter Auguſtos Patres & creatus S. R. E. Cardinalis fuit. Hunc honorem deſtinauerat ei pridem* PAVLVS IV. *Pontifex gentilis*

tilis eius : cui Pontifici annum agens ſextum ac decimum ANTONIVS, *non à ſecretioribus modò miniſteriis, ſed etiam à potione fuerat. Certè inter arcana chirographa morientis eiuſdem Pontificis nomen* ANTONII *repertum eſt, inſertum nominibus aliorum, quos euehere ille ad Purpuram ſtatuerat : & hoc præmium merebatur iam tum indoles, optimis quà moribus, quà litteris, ſeu Latinis ſeu Græcis, exculta, Magiſtro Gulielmo Sirleto, qui pariter in Cardinales cooptatus eſt. Sed cùm ab obitu* PAVLI IV. *coorta eſſet ingens tempeſtas aduerſus* CARAFAEOS ; *lares paternos* ANTONIVS *repetens, otium, non fugam arripere viſus eſt ; agenſque animo Alcedonia, vel inter eas ipſas procellas, euoluere ſacros codices, itemque aliorum lucubrationes ex Graio idiomate reddere Latinè, ſtatim cœpit. Vt proinde huic eius erudito ſeceſſui debeamus tranſlatos Commentarios Theodoreti in Dauidis Pſalmos, explanationeſque aliorum in Moyſis Pentateuchum. Tum verò accidit, vt cùm igne fortuito ad lacunaria & tectum vſque pars ædium Marchionis Montis-nigri, apud quem Fratris filium degebat, conflagraret, ipſe Antonij Magni Anachoretæ haud ſe immeritò geſtare nomen, ſed flammis dominari iuſto fermè miraculo patefecerit. Quippe ſcalis tectum conſcendens, ad vndantem incendij vaporem venit, ac de genu implorans diuinam opem, iconem ceream ſacri Agni, quam habebat ſuſpenſam à pectore, in flammam demiſit,* *atque*

Franciſcus Bencius in Orat. funebri Antonij Card. Caraf.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

atque incendium omne momento extinxit. Sed & pium pignus dein omnino intactum inter fumantes adhuc cineres reperit; quod ideò Dynaſtæ Montis-nigri ſeruant adhuc, & venerantur, ob rei admirandæ recordationem. Quin imò alterius ignis, qui animos vrit, à ſe imperium haberi, oſtendit iuuenis caſtiſſimus; quando annos agens duos ac vicenos, legenſque in lecto manè pium codicem, lucente lychno, feminam non pulchram minùs quàm procacem, pudicitiæ ſuæ inſidiantem, clamore primùm (ſi famulos potuiſſet ianua per fraudem occluſa peſſulo admittere) mox deſperatis auxiliis, ad normam D.Thomæ Aquinatis, quem ſemper coluerat, batillo prunis ardentibus referto, & in eius vultum ac ſinum coniecto gloriosè ab ſe, pudicitiâ incolumi, abire coëgit. Dignus enimuerò, cuius natalem diem, feliciùs quouis albo calculo, ipſa Virginalia Magnæ Deiparæ ſignauerint; & quem, congruè ad teſſeram Familiæ, quodammodò impreſſerint aliâ teſſerâ, pariter rubenti candidáque Pudoris & Caſtitatis. Cum his itaque virtutibus conſcriptus inter Cardinales Diaconos S. R. E. à PIO V. ſanctiſſimo Pontifice, in omnibus Europæ prouinciis audiuit bonarum quarumuis & ſacrarum Litterarum Cuſtos; Litteratorum verò Patronus, ac Mæcenas. Præfuit Bibliothecæ Vaticanæ, illamque auxit, tum libris vndique conquiſitis, tum nouis Commentariis, nouiſque Operibus. Ea fuerunt Caſſiani ſcripta, expurgata atque illuſtrata;

Franciſcus Bencius ibidem.

Epiſtolæ

Epiſtolæ Summorum Pontificum, ſanctorumque Patrum Concilia à mendis vindicata; atque adeò Biblia ſacra, exacta ad fidem Codicum vetuſtiſſimorum. His deditus occupationibus, quaſcumque temporis fallendi artes oderat tantopere, vt diceret ſubinde, Magnos Viros, præſertim Eccleſiaſticos, iis animum amittere, non remittere. Ceterùm ipſe horum ſtudiorum laborumque fructum percipiebat prorſus diſſimilem; nempe ſanam conſcientiam, & ægram valetudinem: ex quâ maturiùs deceſſit, hoc eſt anno ætatis tertio & quinquageſimo. Uti verò maximè obſequens pauperibus fuerat; memorabili exemplo Alumnos Collegij Maronitarum, quorum fuerat Patronus, ſcripſit facultatum ſuarum heredes, vt iis auxiliis reduces in patriam ibi Religionem Catholicam certiùs propagarent, poſtquam in Vrbe Roma ſimul eruditionem, ſimul veram pietatem, didiciſſent.

13. TROILVS CARAFA, *tertius filius Malitiæ, Epiſcopus Rauelli.*

14. BAORDVS I. CARAFA, *Thomæ I. ſecundogenitus, Comes Troiæ.*

15. IOANNNES ALOYSIVS CARAFA, *Baordi I. filius, Troiæ Comes.*

16. BAORDVS II. CARAFA, *Ioannis Aloyſij filius, Moliſij Comes.*

17. ALBERICVS I. CARAFA, *Thomæ I. filius, ter-*

tiogenitus, ab intimis conſiliis Ferdinandi I. Regis, Comes Marilliani, atque Ariani Dux: quem Ducis titulum primus adeptus eſt è ſtirpe CARAFAEORVM.

18. IOANNES FRANCISCVS CARAFA, *primogenitus Alberici I. Marilliani Comes, Arianique Dux.*

19. ALBERICVS II. CARAFA, *primogenitus Joannis Franciſci, Marilliani Comes, & Dux Ariani.*

20. FRANCISCVS CARAFA, *Alberici II. filius, Comes Marilliani, atque Ariani Dux.*

21. BERNARDINVS CARAFA, *alter filius Alberici I. Theati Epiſcopus, & Patriarcha Alexandrinus.*

22. ALPHONSVS CARAFA, *filius item Alberici I. Epiſcopus Nuceriæ, atque Antiochenus Patriarcha.*

23. SIGISMVNDVS I. CARAFA, *etiam ipſe filius Alberici I. Comes Montis Calui.*

24. IOANNES FRANCISCVS CARAFA, *filius Sigiſmundi I. Comes Montis Calui.*

25. SIGISMVNDVS II. CARAFA, *filius Joannis Franciſci, Comes Montis Calui.*

26. IOANNES BAPTISTA I. CARAFA, *alter filius Joannis Franciſci, & Montis Calui Comes.*

27. IOANNES FRANCISCVS II. CARAFA, *filius Joannis Baptiſtæ I. Comes Montis Calui.*

28. IOANNES BAPTISTA II. CARAFA, *filius Ioannis Franciſci II. Comes Montis Calui.*

29. HIE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

29. HIERONYMVS CARAFA, *alter filius Joannis Baptiſtæ I. ac Sepini Dominus & Baro.*

30. FRANCISCVS II. CARAFA, *Hieronymi I. filius, Sepini Princeps, ac Binetti Marchio.*

31. FABIVS I. CARAFA, *filius Ioannis Franciſci II. Comitis Montis Calui.*

32. FRANCISCVS CARAFA, *Fabij I. filius, Dux Campi læti.*

33. FABIVS II. CARAFA, *filius Franciſci, Dux Campi læti.*

34. CAROLVS CARAFA, *tertius filius Joannis Franciſci, Epiſcopus Boiani.*

35. IOANNES BAPTISTA CARAFA, *vltimus filius Alberici I. Ordinis Melitenſis Eques, & ſupremus Thalaſſiarcha, functuſque etiam Legatione Ordinis ſui ad Cæſarem.*

36. VINCENTIVS CARAFA, *alter filius Joannis Franciſci I. Ducis Ariani.*

37. HIERONYMVS II. CARAFA, *filius Vincentij.*

38. DIOMEDES I. CARAFA, *Hieronymi II. filius, Dux Gerſæ Maioris, & Regni Quæſtor ſupremus.*

39. HIERONYMVS III. CARAFA, *Diomedis I. filius, Gerſæ Maioris Dux, & Regni ſupremus Quæſtor.*

40. DIOMEDES II. CARAFA, *filius Joannis Franciſci I. Ducis Ariani, Epiſcopus Ariani, S. R. E. Cardina-*

lis, eâ famâ integritatis ac virtutum maximarum, vt Populus Romanus, dum proturbaret in tumultu omnia monumenta CARAFAEORVM, *eaque vbique comminueret, ipſius ſolius inſignia, ſtatuamque ſeruauerit; vſque adeò ſæpenumerò fit, vt non Virtus modò, ſed ſimulacra Virtutis etiam amorem promereantur. Summam animi moderationem profeſſus eſt Symbolo ſtateræ, cum eâ Epigraphe,* Moderata durant. *Sepultus verò in Eccleſiâ ſanctorum Silueſtri & Martini, cuius titulum habuerat, & quam ære ſuo ornauerat, hoc ibi Epitaphio decoratur:*

Philibertus Campanile in inſignibus Nobil. Alphonſus Ciaconius in Paulo IV.

Cùm pietas, cùm vera fides, cùm conſcia recti
  Mens, cùm Religio, cura, timorque Dei,
Cæleſtem poſſint animis promittere vitam;
  Hanc Superos inter nunc Diomedes habet.

Meruit prætereà in eodem templo à Patribus Carmelitis, inſcriptum hoc nobile ſeu grati animi eorum, ſeu liberalitatis propriæ monumentum.


D. O. M.

Diomedi Carafio Presb. Card. Arianenſi, tt. huius Eccleſiæ, Viro moribus, virtute, doctrinâ ac ſanctimoniâ exculto, ſacrarum Ædium reſtauratori religioſiſſimo, qui hoc Templum deformatum, in meliorem faciem, quàm dudum fuerat, reduxit; Fratres Carmelitæ ex Eliſei ſcholâ oriundi, ob inſtauratam ſui Cœnobij partem infimo horto contiguam,

nec

nec non ob ſarta detrimenta, quæ illis ex teſtamento donauit, ad nominis perpetuitatem, ad integritatis & honoris virtutiſque fidem, eius illuſtrium Carafiæ & Vrſinæ Familiæ inſignia, & hunc inſculptum lapidem, plurimis effuſis lacrymis, conſtituerunt: atque vt inde poſteri Carmelitæ, dum agnouerint quàm de inſtituto Carmelitico optimus ille Pater fuerit benemeritus, non obliuiſcantur quæ debent; debent autem ſingulâ (ita loquuntur) ſeptimanâ Miſſam funebrem, & quotannis prid. Id. Auguſti, ſupremi illius diei exequias repetere ac iterare. M. D. LXI. die XIV. Octobris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



III

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

III.

1. ANTONIVS I. CARAFA, *filius tertiogenitus Antonij Magni, Ferdinando I. Regi teſtatus fidem ſuam, domi foriſque, partim ex Virtutis huius merito, partim ex pretij repræſentatione ſibi poſteriſque adeptus eſt Arcem Montis Draconis, cùm eâ priuatus fuiſſet Princeps Roſſani, reus perduellionis.*

2. ALOYSIVS I. CARAFA, *filius Antonij I. Comes Aliani, Montis Draconis Dominus ac Baro.*

3. ANTONIVS II. CARAFA, *primogenitus Aloyſij primi, carus Regi Federico, & ab eo primùm Comes Montis Draconis appellatus. Cùm verò ditiones alias acquirens, eſſet inſuper Aliani Comes ex maternâ hereditate, obtinuit à Cæſare titulum Ducis Montis Draconis. Sed & biennio pòſt, ne deberet Duci Ariani cedere in certamine honoris, nuncupatus eſt Princeps Stiliani, quod oppidum continebatur in Aliani Comitatu.* Angelus Conſtant. in Hiſt. famil. Garaf.

4. ALOYSIVS II. CARAFA, *Antonij II. primogenitus, Princeps Stiliani, Montis Draconis Dux; Aliani, Theani, & Carinolæ Comes; Vir omni apparatu magnæ fortunæ proximus Regibus,* & CAROLO V. *Cæſari apprimè gratus. Cuius auguſtæ inaugurationi interfuit Bononiæ ſummo cum familiæ ſplendore. In prælijs deinde pro eodem* CAROLO V. *Cæſare & pro*

PHI-

PHILIPPO II. *Catholico Rege ſtrenuè aliquoties dimicauit.*

5. ANTONIVS III. CARAFA, *Aloyſij II. filius, Stiliani Princeps, Dux Montis Draconis, Comes Aliani, Comes Theani, Comes Fundi, Comes Carinolæ, &c.*

6. ALOYSIVS III. CARAFA, *filius Antonij III. Princeps Stiliani, Dux Montis Draconis, Dux Sabionetæ, Dux Traiecti, Comes Aliani, Comes Fundi, Comes Carinolæ, &c. Eques Velleris Aurei, vnus ex Magnatibus Hiſpaniæ, & S. R. I. Princeps.*

Io. Iacobus Chiffletius in Inſignibus Equitum Velleris Aurei.

7. ANTONIVS IV. CARAFA, *filius Aloyſij III. Princeps Stiliani, Dux Montis Draconis, Dux Sabionetæ, Dux Traiecti, Comes Aliani, Fundi, Carinolæ, &c. ex Magnatibus Hiſpaniæ, & S. R. I. Princeps.*

8. IOSEPHVS CARAFA, *Antonij IV. filius, Stiliani Princeps, Montis Draconis, Sabionetæ, Traiecti Dux; Aliani, Fundi, Carinolæ Comes, &c. vnuſque ex S.R.I. Principibus, & ex Magnatibus Hiſpaniæ; qui excedens è viuis, cùm nondum exceſſiſſet è pueris, Annæ ſorori dotem maximè opulentam, hoc eſt, enumeratas eas amplas ditiones, ad primas Italiæ nuptias reliquit.*

9. IOANNES VINCENTIVS CARAFA, *alter filius Aloyſij I.*

10. OCTAVIANVS CARAFA, *filius Ioannis Vincentij, ac Baro Gerſæ Minoris.*

11. ELI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

11. Eligivs Carafa, *filius Octauiani, ac Baro Gerſæ Minoris.*

12. Ioannes Baptista Carafa, *Eligij filius, ac Minoris Gerſæ Dux.*

13. Decivs Carafa, *Octauiani alter filius, primùm Damaſcenus, poſteà Neapolitanus Archiepiſcopus, Sedis Apoſtolicæ Legatus ad Hiſpanum Regem, S. R. E. Cardinalis, & Vir morum grauitate, Pietate, Religione, Conſtantiaque in defendendâ immunitate ac iuriſdictione Eccleſiaſticâ paucis ſecundus.*

14. Federicvs I. Carafa, *vnus ex filiis Aloyſij I. Marchio ſancti Lucidi, oppidorumque aliorum Dominus ac Baro.*

15. Ferdinandvs I. Carafa, *filius Federici I. Marchio ſancti Lucidi.*

16. Federicvs II. Carafa, *Ferdinandi I. filius, ſancti Lucidi Marchio.*

17. Ferdinandvs II. Carafa, *filius Federici II. Marchio ſancti Lucidi.*

18. Marivs Carafa, *Federici I. alter filius, Archiepiſcopus Neapolitanus, Vir honeſti perſtudioſus, & grauitatis retinentiſſimus.*

19. Fabivs I. Carafa, *Antonij II. filius, Dux Matalunij ex dote vxoris Hieronymæ Carafæ, quæ erat illius ditionis heres.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

20. LAELIVS CARAFA, *primogenitus Fabij I. Arentij Marchio.*

21. MARTIVS I. CARAFA, *Fabij I. alter filius, ex Hieronymæ Carafæ matris hereditate Dux Matalunij, ex Lælij fratris verò alterâ hereditate Marchio Arentij, & Cerriti Comes.*

22. DIOMEDES I. CARAFA, *Martij I. filius, Dux Matalunij, Arentij Marchio, Cerriti Comes.*

23. MARTIVS II. CARAFA, *Diomedis I. filius, Dux Matalunij, Arentij Marchio, Cerriti Comes.*

24. DIOMEDES II. CARAFA, *Martij II. filius, Dux Matalunij, Marchio Arentij, Comes Cerriti.*

25. FABIVS II. CARAFA, *Diomedis I. alter filius, Colobraræ Princeps, ex vxore Hieronymâ Carafâ.*

26. HIERONYMVS I. CARAFA, *Antonij II. perinde filius, Caſtri ſancti Laurentij & Caſtri noui Dominus ac Baro.*

27. IOANNES ANTONIVS CARAFA, *Hieronymi I. filius, Dux Laurini.*

28. HIERONYMVS II. CARAFA, *filius Ioannis Antonij, ac Laurini Dux.*


29. IVLIVS CARAFA, *Antonij II. pariter filius.*

30. FRANCISCVS CARAFA, *Iulij filius, Marchio Pulignani.*

31. ANTONIVS III. CARAFA, *filius Franciſci, & Pulignani Marchio.*

32. SCIPIO CARAFA, *filius poſtremus Antonij II. Morconi Comes.*

33. ANTONIVS IV. CARAFA, *Scipionis filius, Quaratæ Marchio.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

IV. V.

1. GVRELLVS I. CARAFA, *quartus Antonij Magni filius, plurium in Calabriâ oppidorum Baro.*

2. IOANNES BAPTISTA CARAFA, *quintus Antonij Magni filius, inter Equites Jeroſolymitanos Vir illuſtris.*

3. GALEOTTVS CARAFA, *primogenitus Gurelli I. eâ ornatus generis & morum elegantiâ, vt ſponſam obtinuerit, connubio felici,* VICTORIAM CANTELMAM, *duarum Reginarum conſanguinitate, & in arcto quidem gradu, inclytam Heroïnam. Conſobrina enim erat Iſabellæ nuptæ Federico Regi, ac ſimul neptis alterius Iſabellæ, quæ nupſerat Regi Ferdinando. Ideò Rex Federicus, qui Primores Regni compellabat ſolùm titulo* Magnifici; *de* GALEOTTO CARAFA *in diplomate Regio, quod exſtat hodieque, ita loquitur:* Federicus Dei Gratiâ, Rex Siciliæ, Ieruſalem, &c. Cùm Illuſtris Eques Galeottus Carafa de Neapoli, Sereniſſimæ Reginæ Conſortis noſtræ cariſſimæ Cognatus Conſobrinus, & noſter amantiſſimus Camerarius, & Conſiliarius fidelis dilectiſſimus, ab ineunte ætate Sereniſſimo Domino noſtro ita integrè, conſtanter, fideliter ſeruiuerit, vt nec fides maior, ſtudium, integritas, conſtantia, nec ſedulitas in agendo, nec vlla alia virtus

Angelus Conſtan. in Hiſt. famil Caraf. Philibertus Campanil. in inſignib. Nobil.

tus in eo ſeruitio deſiderari aut optari potuerit: idem ſuperioribus annis, ſuperato Regno noſtro Siciliæ à Gallorum Rege, vt fidem ſuam oſtentaret, quam ſemper inconcuſſam Sereniſſimæ Domui noſtræ præſtiterat, perditis pro eâ ſeruandâ ſtatibus ſuis, ac omnibus facultatibus, &c. *Proſequitur dein Rex alia* GALEOTTI *merita; & propterea quòd ditiones patrimonij proprij vendiderat ſponte, vt ei ſuppeditaret neruum belli, dum Carolus Octauus ex Galliâ copias militares per viſcera Italiæ in Campaniam traduceret, contulit ipſi ac poſteris magnum & pulcherrimum Terræ-nouæ Comitatum. Superſunt quoque aliquot Epiſtolæ, exaratæ chirographo Iſabellæ Reginæ ad Victoriam Cantelmam, coniugem* GALEOTTI, *in quibus* illuſtrem, excellentiſſimam, & cumprimis caram atque dilectam ſororem *eam vocat. Haud diu tamen* GALEOTTVS *Terræ-nouæ Comes fuit. Nam Federicus mox pulſus eſt Regno; & ideò ea ditio, vti præmium rei benè geſtæ, conceſſa eſt Conſaluo Magno Duci. Proinde obiit fidei conſtantiâ erga Regem affinem, quàm gloriâ patrimonij clarior; niſi quòd ingens gloria fuerit, ita patrimonium perdidiſſe.*

4. BERLINGERIVS CARAFA, *Gurelli I. alter filius, adeò ſibi demeruerat animum Regis Federici, vt ab eo creatus ſit Præfectus ſupremus Aulæ; etſi erat ſuperſtes Comes Potentiæ, qui Aulam trium Regum anteceſſorum rexerat:*

xerat: fuit aliquot oppidorum Dominus ac Baro, ſed liberis maſculis omnino caruit.

5. GVRELLVS II. CARAFA, *Galeotti primogenitus, ex matris Victoriæ Cantelmæ præſtantiâ, vel in re anguſtâ parentis, educatus tamquam in opulentâ & propemodum Regiâ Domo, etſi Comes Terræ-nouæ non fuit, quam ditionem à Conſaluo Magno Duce Catholicus Rex noluit repetere; Suriani Comes ſaltem appellatus ab eodem Rege, ob famam in primis atque Virtutem Victoriæ Cantelmæ fuit: quam vtique neptem Iſabella Regina, Ferdinandi I. Regis vidua, Regi Catholico fratri ſuo admodum impensè commendarat.*

6. TIBERIVS I. CARAFA, *Galeotti alter filius, obeunte ſine liberis Gurello II. Suriani Comes, ac inſuper Dux Catanzaræ; poſteaque reſciſſo huius vrbis emptæ à* CAROLO V. *Cæſare contractu, Dux Nuceriæ: quem Titulum ab Imperatore, propter fida in eum obſequia, promeruit.*

7. FERDINANDVS I. CARAFA, *Tiberij filius, Suriani Comes, Dux Nuceriæ.*

8. ALPHONSVS CARAFA, *filius Ferdinandi I. Comes Suriani, Dux Nuceriæ.*

9. FERDINANDVS II. CARAFA, *Alphonſi filius, Comes Suriani, Dux Nuceriæ; qui cum ſplendore familiæ propemodum Regiæ Neapoli vixit; ita vt Viri plurimi ex*

primâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

primâ Nobilitate limen ædium eius frequentarent, egreſſibus adhæreſcerent, ac ſtiparent ſemper latus eius; eſſent verò inter illius Ephebos honorarios ingenui nobileſque Adoleſcentes, & ex iis nonnulli Crucibus militarium Ordinum inſigniti. Quæ res prouocare inuidiam potuiſſet, niſi eam ille fortunis, opibus, potentiaque, & in primis magnitudine animi ſuperaſſet. Fuit quoque Litteratorum hominum Patronus ac Mæcenas, & aliquos eorum magni nominis perquam liberaliter domi aluit.

10. FRANCISCVS MARIA CARAFA, *Ferdinandi II. filius, Suriani Comes, Dux Nuceriæ, Vir omnibus elegantiis morum excultus, qui in primâ iuuentute Prouincias Europæ omnes peregrinabundus luſtrauit, ac ſicuti Homerus de Vlyſſe ſcripſit,*

Qui mores hominum multorum vidit & vrbes:

vt nimirum ſummam prudentiam vndique ſibi compararet, diueſque artibus animi, ita rediret; quò deinde Militiæ dans nomen (in quâ iam Regi Catholico meret Supremus Magiſter Equitum) conſilio Vlyſſes, manu Aiax aut Achilles appareret. Religio etiam defenſa vſque ad vulnera & ſanguinem ab eo fuit; dum Argentinæ pro eâ ſtricto gladio aduerſus ſectarios plurimos, armatos haſtis oblongis & hæreſi pertinaci, ſtetit non ſine quodam miraculo fortitudinis, atque auitam fidem vulnerum cruore conſignauit.

11. FRAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

11. FRANCISCVS CARAFA, *Franciſci Mariæ filius, Suriani Comes, Dux Nuceriæ, qui pulcherrimè in Parentis veſtigia ſtimulis gloriæ magnis, tum à virtute, tum à natiuâ indole incitatur.*

12. POMPEIVS CARAFA, *alter Alphonſi filius, Noyæ Dux.*

13. IOANNES CARAFA, *filius Pompeij, & Dux Noyæ.*

14. TIBERIVS CARAFA, *Ferdinandi I. alter filius,* PAVLO IV. *Pontifici affini ſuo percharus fuit, & ad Purpuram ab eo deſignabatur, quam indoles & grauitas morum, & dexteritas ſpectata in negotiis pluribus, merebantur; niſi maluiſſet eius Aulæ nuntium remittere, ne videretur particeps conſiliorum, quibus ab eo Pontifice indicebatur bellum* PHILIPPO *Regi. Rex ideò muneraturus nobilem eius fidem, Potentiæ primùm, ac dein Caſſani Antiſtitem eum creauit.* Angelus Conſtan. in Hiſt. famil. Caraf.

15. PETRVS ALOYSIVS CARAFA, *Galeotti tertius filius, Magnus Præſes Equitum ſancti Lazari, quæ nunc dignitas eſt penes Allobrogum Duces.*

16. DIOMEDES CARAFA, *quartus Galeotti filius, Eques Ordinis ſancti Jacobi, & ex ingenij elegantiſſimi commendatione charus in paucis* CAROLO V. *Cæſari; cui &* PHILIPPO *Regi aliquoties, conſcripto ſuis ſtipendiis milite, dimicauit: ſed & in ludis atque ſpectaculis, omni*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

apparatu pompæ, ac vibrandæ haſtæ ſeu feriundi Saraceni arte primos ſemper plauſus & prima præmia referebat. Ipſe CAROLVS *Cæſar cum eo interdum ludis publicis lanceâ vel acinace decertauit: accidit verò aliquando lepidè, vt debilitatâ manu, dum ſe armis ambo repercuterent, Cæſar ex eo laxamenti genere ad ſeria Imperij negotia redierit, & vt non ita multò pòſt Diomedes reſcriptum gratiæ ab eo petierit. Qui tamen excuſauit ioco manum in certamine ab ipſo aduerſario læſam, quaſi ſtringere ſtylum nequiret, causâ obſignandi quod petebatur. Nimirum has Nobilium artes coluerat in omni ætate, ſpectaculaque & munera ludorum exhibuerat impenſis magnis Neapoli; dum ibi duæ Reginæ, altera Regis Ferdinandi Senioris coniux, altera huius filia, & coniux Ferdinandi Iunioris, cum ipsâ Mediolanenſi Duce morabantur. His enim Regiis Matronis certatim Proceres Regni, modò dramatum oblectamenta, modò ſimulacra præliorum, modò concentus muſicos offerebant. Cùm eſſet prætereà Diomedes prudentiâ & conſilio maximus, bello Neapolitano peracto miſſus eſt Orator ad Regem, & tunc Patriæ fidem ſuam, dotibus aliis præſtantis animi conſentaneam, ſatis affatim patefecit. Quinque habuit liberos: primum quidem* CAESAREM CARAFAM, *qui vnicam filiam ex coniuge ſuſcepit, nuptam deinde Comiti ſanctæ Seuerinæ, Gentili ſuo. Neapoli Venetias conceſſit, & Chiliarcha, diu Reipublicæ*

Angelus Conſtan. in eâdem Hiſtor.

publicæ ſtipendia fecit, poſtmodum ſeceſſit Muranum, & ibi vixit in re tranquillâ: eaque fuit exiſtimatio de ipſius ſingulari & antiquâ prudentiâ, vt Senatores plurimi, etſi externis viris rarò arcana communicant, lintribus ipſum adirent, conſulerentque, veluti Oraculum Politicæ gubernationis. Eadem exiſtimatio fuit de illo apud Hiſpaniarum Regem, & apud Regem Poloniæ, qui datis amicis litteris ſuum Affinem in eis ipſum appellabat. Horum ideò Regum, ac pariter Magni Ducis Hetruriæ, Duciſque Mantuani Oratores iubebantur cum ipſo, de rebus quibuſque arduis, conſultare, priuſquam de eiſdem in Senatu Veneto agerent. Quin imò ipſe Aquileenſis Patriarcha, Vir eâ ætate primæ ſapientiæ, Venerabileſque alij Antiſtites Eccleſiæ, cum eo idemtidem conferebant. Nam religioſo ſimul animo erat, atque idcircò introduxit Venetias S. FRANCISCI DE PAVLA *Familiam; quam item magnâ ex parte facultatum ſuarum heredem ſcripſit. Diomedis alter filius fuit* FRANCISCVS CARAFA, *qui cælebs vixit, & fuit Quæſtor ſupremus Regni. Tertius Diomedis filius fuit* FERDINANDVS CARAFA, *etiam ipſe cælebs, & caſtitatis amantiſſimus, ſicut & diſciplinarum pulcherrimarum; quas vnicè coluit. Idem in negotiis publicis fidem domi, foris verò ſtrenuam operam Patriæ ac Religioni nauauit. Interfuit Claſſi Catholicæ ad Naupactum, & apprehenſo vtraque manu ingenti gladio, in vnam hoſtium Triremem,*

grandi bellicæ virtutis exemplo, inſiliit; eaque potitus, cùm prædam omnem aliam ſectarentur auidè commilitones, qui ipſo Duce atque auſpice vicerant, pro ſe nihil ſepoſuit aut reportauit, præter Codices nonnullos, Turcico idiomate exaratos; dignus enimuerò Mineruæ Alumnus, paciſque & belli artibus ex æquo inclytus; atque hi Codices ſeruantur adhuc in familiâ, vti clarum ac certum huius geminæ virtutis eius monumentum. Quartus filius Diomedis fuit FABIVS CARAFA; *qui in ætatis flore ac robore obiit, cùm dedicaſſet Clero atque Eccleſiæ mores ſuos, & ſancti Angeli ſæcularis Abbas eſſet.*

17. OCTAVIVS I. CARAFA, *quintus inter Diomedis filios, ſed felicitate & ſucceſſione nulli eorum poſtremus. Adoptatus enim ab amitâ filius atque heres, & compos patrimonij admodum copioſi, aliquot oppida coëmit.* PHILIPPVS II. *autem Rex Catholicus, ne iiſdem oppidis abſque tituli honore potiretur, ob Diomedis Parentis merita, eum Antij Marchionem ſalutauit. Vxorem habuit ſtirpis* CARAFAEAE, *ex Comitibus Policaſtri; tantæque fuit auctoritatis Neapoli, vt Nobilibus iuxtà & Plebi apprimè charus eſſet. Notabile illud viſum eſt, cùm oborto ingenti tumultu populus ædes Nobilium diriperet, popularetque, patuiſſe nihilominùs veſtibulum ædium eius, nec ciues prædabundos, atque ad iniuriam pronos, quidquam intuliſſe damni, tametſi valuas ædium aliarum cæco*

furore

ſurore perfringerent : tam fida cuſtodia fuit, quam ei amor & beneuolentia publica poſuerunt.

18. FRANCISCVS CARAFA, *Octauij I. primogenitus, Antij Marchio, & Dux Cerciæ, Vir tum Neapoli tum Romæ ſplendore familiæ, & ſui generis gloriâ ſumptuoſus; ſimulque comis & ad promerendum amorem factus.*

19. OCTAVIVS II. CARAFA, *Franciſci filius, Antij Marchio, & ex æquo heres opum ac laudum paternarum.*

20. CAROLVS CARAFA, *Octauij II. filius, Antij Marchio, perinde ſuorum Auorum gloriam æmulaturus.*

21. DIOMEDES CARAFA, *Octauij I. alter filius, Epiſcopus Tricaricenſis, Vir ingenij cultiſſimi, ac ſingulariter pius; qui, dum prima ei decora & munia ſimul Virtus depoſceret, ſimul Pontifex deſtinaret, obiit Romæ, correptus morbo, cùm veniſſet ad Apoſtolorum limina, mortemque adiit otium animæ, ac limen æternitatis. Vt paratas verò & ſitas apud ianuam cæli exuuias corporis haberet, in ſacrâ æde Virginis Deiparæ, cui à Montibus eſt cognomentum, & quam obſequentiſſimè coluerat, voluit ſepeliri. Huic verò fratri, & in Epiſcopatu anteceſſori,* PETRVS ALOYSIVS CARAFA, *Epiſcopus Tricaricenſis, dum erat in Apoſtolicâ Legatione, nuſquam abſens à pietate erga ſuos, tumulum poſuit.*

22. TIBERIVS CARAFA, *item filius Octauij I. ex*

gemino & felici ab omni parte connubio, ſi ſola fecunditas adfuiſſet, primùm Biſiniani, mox etiam Scyllæ Princeps, Dux ſancti Marci, Comes Clarimontis, Altimontis, Tricarici, Sinopolis & Nicoteræ, Velleris aurei Eques, & vnus ex Magnatibus Hiſpaniæ. Moribus eſt nobiliſſimis; eſt pietate & comitate ſingulari. Præſtitit verò Hiſpano Regi, in difficillimis temporibus, obſequia Neapoli maxima; eaque licuit aliis, etiam typis publicis, abſque inuidiæ metu (quâ ipſe maior & excelſior eſt) commemorare. Dicerem, quâ ſit Neapoli gratiâ & auctoritate apud omnium ordinum homines: nec ſilerem etiam, quam de ſe Madriti Regiâ vrbe, Romæ verò in eâ Nationum & Orbis Chriſtiani Curiâ excitauerit admirationem, tum ſplendore atque apparatu familiæ, tum præcipuè ſuimet ac ſuarum virtutum pompâ. Sed cùm hæc prolixiorem narrationem iure ſuo flagitent, mihi volupe interim erit compendio ſaltem vti, & inſtar laudum multarum, familiæ vniuerſæ decus, ac Regni totius delicias iteratò eum nominare.

Io. Iacobus Chiffletius in Inſignibus Equitum Velleris aurei.

23. PETRVS ALOYSIVS CARAFA, *Octauij Primi perinde filius, Philoſophiæ ac ſacræ Theologiæ, Humani Diuiniq́ue Iuris Laureâ inornatus, ſancti Andreæ Abbas. Hic tribus Summis Pontificibus fidem ac præſtantiam animi ſui patefecit obſequiis non tacendis: etenim* PAVLO V. *ſexennium, in ditione Ferrarienſi Prolegatus,* GREGORIO XV. & VRBANO VIII. *fermè biennium,*

in


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

in præfecturâ Firmani Principatus, & iam ſoli VRBANO VIII. *decennium, in Legatione ad tractum Rheni, & ad Prouincias inferioris Germaniæ ſeruiuit, Epiſcopus Eccleſiæ Tricaricenſis ab eodem creatus. Coloniæ primùm, vrbe celebri ab originis gloriâ, & à famâ inſuper ſanctitatis, dein Leodij, ciuitate inſigni à Cleri ſplendore, & à Religionis Romanæ conſtanti profeſſione, ita vixit, vt perennitas famæ ſimul atque amoris conſecutura ſit abitum eius. Neque mirum id videatur, quia Vir eſt integerrimus, commodiſſimis moribus, & maximè pius; meritorum verò quàm honorum ſtudioſiſſimus, & qui, dum conſcientiæ ſoli placet, vel ideò ſemper omnibus placuit.*

24. CAROLVS CARAFA, *pariter Octauij* I. *filius, in Religioſiſſimam ſancti Dominici familiam tranſſcriptus, ac Thomas appellatus, ad huius nominis Angelici præſtantiam, ingenti memoriâ, ingenio acerrimo, & ſacræ Eloquentiæ miraculo acceſſit admodum: & tamen in ætatis flore obiit, breue ſuorum decus pariter ac diuturnum eorum deſiderium.*

VI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

VI.

1. DIOMEDES CARAFA, *filius quidem Antonij Magni natu minimus, ſed ſi opes, ſi gloriam rectè factorum, ſi Regum amorem ſpectes, fratribus aliis omnibus anteferendus. Is Alphonſum Regem, in omnium rerum eius inclinatione, quando nimirum reuocauerat adoptionem Regina Ioanna, ſecutus eſt ſemper fide conſtanti. Poſt Reginæ obitum eidem Regi Neapolim oppugnanti victoriam ac Regnum dedit; cum validâ enim militum ſtrenuiſſimorum manu, per aquæ-ductum clàm peruadens in ipſam Vrbem, propugnatores muri obtruncauit, fixitque ibi Regis Aragonei vexillum; & Ciuitatis territæ, atque à ſe primùm victæ valuas exercitui patefecit. Itaque ſi Antonius Parens conſilio ſuo Regnum comparauit Alphonſo Regi, id ipſum regnum Diomedes filius manu & virtute ſuâ ei redonauit. Ob hæc ingentia merita creatus eſt Matalunij ac Cerreti Comes: ſed & auxit ipſius decora Ferdinandus Rex Alphonſi filius. Ex huius ſanctiore Senatu cùm eſſet Diomedes, numquam Neapoli aberat, quin per litteras ſaltem rogaretur ſententiam: tantum verò tribuebat conſiliis eius idem Rex Ferdinandus, vt poſtquam ille in extremo ſenio Aulæ nuntium remiſerat, conuenerit eum Matalunij, de re grauiſſimi momenti cum ipſo conſultaturus. Supremam Regiæ militiæ Præfecturam mereri ma-*

Angelus Conſtan. in Hiſt. famil. Caraf. Philibertus Campanile in Inſignibus Nobil.

Angelus Conſtan. in Hiſt. famil. Caraf.

luit quàm adminiſtrare, gnarus fortunam nonnumquam in bellis malè ludere, fortiſſimoſque Duces euentu virtuti eorum conſentaneo fraudare. Saltem emeritus ipſe, inſtruxit alios, nec tyrones quoſque aut gregarios, ſed ipſoſmet Duces & Reges: certè Alphonſus Junior, dum Calabriæ Princeps erat, imperatas à Rege Parente bellicas expeditiones numquam auſpicatus eſt, niſi Diomede priùs belli Magiſtro vteretur. Exſtant hodieque Opuſcula eius, Duci Calabriæ inſcripta, quæ veteranum quemque poſſint inſtruere. Obiit dignus hoc Elogio, quod legitur in tumulo eius: Huic Virtus gloriam, gloria immortalitatem comparauit.

Angelus Conſtan. ibid.

2. IOANNES THOMAS I. CARAFA, *Diomedis primogenitus, poſt varium ſpecimen virtutis militaris, præſertim aduerſus Thraces, in bello Hydruntino, Præfectus fuit vniuerſis caſtris à Ferdinando Rege Juniore, dum Carolus VIII. Campanum Regnum inuaderet. Et tum ſuperatus quidem in prælio fuit, ſed nihil deceſſit exiſtimationi eius, tam apud Regem Ferdinandum, qui bellorum eſſe ancipitem aleam ſatis intelligebat, quàm apud ipſum Carolum VIII. à quo eſt creatus Eques ſancti Michaëlis. Manſit verò ei paternus Titulus Comitis Matalunij, & Comitis Cerreti.*

3. DIOMEDES II. CARAFA, *filius Joannis Thomæ I. Comes Matalunij, & Comes Cerreti, qui ſectatus pacis atque*

atque otij honeſti pulcherrimas artes, militiæ omnia munia domeſticæ tranquillitati poſtputauit.

4. Ioannes Thomas II. Carafa, *Diomedis II. filius, & Auo ſimilior quàm Patri. Is belli peritiâ & armorum exercitatione clarus, in Regno Neapolitano, in Belgio, & in Inſubriâ fuit. Peculiariter in monomachiâ tam pedeſtri quàm equeſtri, proſtrato aliquoties aduerſario, famam indeptus fuerat bellatoris naui ſtrenuique: quo tempore nondum ſacræ pariter atque humanæ leges armauerant ſe contra damnatum eum atque abominatum morem; quemadmodum deinde factum eſt in Prouinciis ac Regnis Europæ, ſummo generis humani bono. Diomedes II. Parens, vt generoſam indolem in filio, ad glorioſam Auorum æmulationem excitaret exſtimularetque, hunc eumdem Ioannem Thomam proficiſci ad* Carolvm V. *Cæſarem in Belgium voluit, deditque illi, præter familiæ comitatum, aſſeclas honoratiſſimos, quibus vtique ſtipatus, ſumptuſque magnos diſpenſans, in ludis & publicis ſpectaculis, non rarò vni impar Cæſari, ceteris verò maior apparuit. Quin & in ludicrâ certaminis ſpecie cum ipſo interdum Cæſare concurrere meruit; glorioſus nimirum futurus, ſeu vinceret in eiuſmodi pugnâ, ſeu (quod videri optabilius poterat) vinceretur. Tandem cùm ex Belgio ad bellum Inſubricum veniſſet, ortâ ſingulari rixâ, oſtendit claro admodum exemplo, eos, qui monomachiam ſectantur, ſeriùs* Angelus Conſtant. in Hiſt. famil. Caraf.

 citiùs,

citiùs, vti victimas Martis cadere. Etenim dum eques concurrit cum aduerſario, nec aliis armis quàm terno, vti præſcripſerant Duces, acinace, ad manum, ad baltheum, & ad ephippium; implicatis & ſurrectis primo congreſſu equis, diductiſque imi thoracis & femorum ex chalybe iuncturis, locum vulneri aperuit, quod ei vitam cum ſanguine hauſit. Comes erat Cerreti, ſuperſtite adhuc parente Comite Matalunij.

5. DIOMEDES III. CARAFA, *Joannis Thomæ II. filius, in vtramque laudem, armorum ac litterarum, educatus,* PHILIPPO II. *militauit contra* PAVLVM IV. *etſi Auum habuerat Diomedem II. eiuſdem Pontificis Patruelem. Quæ ipſius fides, oblita quodammodò generis tam propinqui, Catholico Regi placuit tantoperè, vt eum Matalunij Ducem crearit: ſed quia prole caruit, ſoror eius Hieronyma Carafa, Fabio Carafæ nuptui data, in Principum Stiliani propaginem tranſtulit titulum Ducis Matalunij, & ditionem eius.*

6. ROBERTVS CARAFA, *Joannis Thomæ I. ſecundogenitus.*

7. IOANNES BAPTISTA CARAFA, *Roberti filius.*

8. ASCANIVS CARAFA, *filius Joannis Baptiſtæ.*

9. CAROLVS CARAFA, *filius Aſcanij, Princeps Colubraræ: cui abſque liberis decedenti, ſucceſſit fratris filia, Hieronyma Carafa; & cum dote eiuſdem Principatus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

tus, nupſit Fabio Carafæ, ſecundogenito Diomedis Ducis Matalunij, ex proſapiâ Principum Stiliani.

10. IOANNES ANTONIVS CARAFA, *Diomedis I. alter filius, ex vxoris dote, quæ erat Victoria Camponeſca, fuit Montorij Comes.*

11. IOANNES ALPHONSVS CARAFA, *Joannis Antonij primogenitus, Comes Montorij.*

12. IOANNES PETRVS CARAFA, *Ioannis Antonij ſecundogenitus, fuit vnius magni Ordinis Clericorum fundator; quod facit ad famam ſanctitatis. Jtem fuit Epiſcopus Theatinus, Archiepiſcopus primùm Brunduſinus, ac dein Neapolitanus; prætereà Legatus Apoſtolicus ad Ferdinandum Regem Caſtellæ, & ad Henricum VIII. Regem Britanniæ, adhæc S. R. E. Cardinalis; denique Pontifex Maximus, quod facit ad eius immortalem gloriam. Ad eius verò Pontificis pedes proſtrati Oratores Britanniæ ſchiſma deprecati ſunt, atque hæreſim abiurarunt. Idem mores Populi, diſciplinam Cleri, ſanctiora Eccleſiæ inſtituta, reſtituit; profligauit hæreſim, duos Orbis Chriſtiani potentiſſimos Reges inuicem conciliauit, poſt diuturnas grauiſſimaſque ſimultates: affines quoque minùs rectè potentiâ vſos, ex Vrbe atque Aulâ ſubmouit; quod facit ad ipſius commendationem æternam. Vt cogam in arctum encomia, quæ Viri ſummi eius eximiæ virtuti conſecrarunt; audiuit meritò,* [a] Cleri Romani primus reformator, [b] primus

Antonius Caracciolus in Collectaneis Hiſtor. de Vitâ Pauli IV.

Ioannes Roberti in Elogiis 50. Iuriſperitorum.

[a] Verron. in Chron.
[b] Cynus in Panegyr.

ſuo ſæculo deprecator Purpuræ, *nam eam oblatam diu recuſauit*; [c] primus Apoſtolici Clericorum Ordinis reſtitutor, [d] primus ſupremi de hæreſibus Iudicij in Vrbe auctor, reparator labentis Catholicæ fidei; [e] ſpes vnica confirmandæ & conſtituendæ Reipublicæ Chriſtianæ; [f] nulli ſuperiorum Præſulum poſtponendus; [g] Chriſtianus Cicero, Latinus Chryſoſtomus, [h] Religionis vindex, veræ libertatis aſſertor, reparator veteris diſciplinæ, Orbis columen, hæreſum peſſumdator, vitiorum omnium perpetuus hoſtis; [i] Chriſtianæ legis Antiſtes; Religionis vindex; libertatis aſſertor; ſanctiſſimus ac piiſſimus Princeps; [k] ſanctiſſimus & eloquentiſſimus Pontifex, & Chriſtianæ pietatis reſtaurator; [l] ſanctiſſimus & doctiſſimus, [m] Vir admirabilis, [n] Præſul pietate eximius, Virtutibus eminens, & ſacræ vel lectioni, vel operationi, vel meditationi ſemper affixus; [o] eloquentiâ, doctrinâ, ſapientiâ ſingularis; liberalitate, animi magnitudine præſtans, ſcelerum vindex integerrimus; Catholicæ fidei acerrimus propugnator. *Quod poſtremum eius encomium* PIVS V. *magnus veræ virtutis æſtimator dedit; & is numquam* PAVLVM IV. [p] *compellauit alio nomine, quàm* SANCTVM PATREM. *Succedens verò in Pontificatu, tametſi Pius IV. interceſſerat, Pontificiâ epomide, pileo ſuffulto pelliculis hermionicis,*

c Ricord. Hiſtor. Mon.
d Anton. Bandinius.
e Cherius Epiſt. ad Caraf.
f Rouerius lib. vlt. Hiſtor.
g Hoſius apud Scipionem.
h Ammir. in Tacit. lib. 1. c. 8.
i Canonici Vaticani in Elogio ſtatuæ Pauli IV.
k Card. Sirletus in Elogio iconis Pauli IV. & in Epiſt. ad Hoſium.
l Card. Polus in Epiſt. ad Sadoletum.
m Paulus III. teſte Onuphrio.
n Iulius III. in Epiſtol. ad Carolum V.
o Pius V. in ſepulchro quod Romæ Paulo IV. exſtruxit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

nicis, ac ſtolâ Hierarchicâ, iiſdem vti voluit, quibus vſus fuerat PAVLVS IV. *exoſculans ea idemtidem: & quaſi animum* PAVLI *indueret, cum his inſignibus Maieſtatis auſpicari voluit regimen ſummi ac ſanctiſſimi Principatus: vſque adeò veluti alter Eliſeus in* PAVLO *Eliæ ſpiritum venerabatur. Extant de hoc Maximo Pontifice clara, apud Scriptores egregios, monumenta, præter iuſti voluminis Opus, cui lucem publicam plurimi deſiderant, cùm norint ſpiritum, norint animum eius. Libaſſe interim ex eis pauca oportuit; ne, qui merito anteit omnibus, pars huius Elogij minima fuiſſe videatur.*

p Antonius Caracciolus in Collectaneis Hiſtor. de Vitâ Pauli IV.

13. FERDINANDVS CARAFA, *primogenitus Ioannis Alphonſi, & Montorij Comes.*

14. IOANNES CARAFA, *Ioannis Alphonſi alter filius, Comes Montorij, ac Dux Paliani.*

15. DIOMEDES CARAFA, *Ioannis filius, Comes Montorij.*

16. CAROLVS CARAFA, *Ioannis Alphonſi filius, S. R. E. Cardinalis, Bononiæ Legatus, & functus inſuper Legatione ad* HENRICVM II. *Galliarum Regem, atque ad* PHILIPPVM II. *Regem Hiſpaniarum. Hic & Ioannes Dux primùm à* PAVLO IV. *priuati adminiſtratione Principatus, deinde à* PIO IV. *tamquam Maieſtatis rei vitâ exuti fuerunt in Mole Adriani; & Carolo quidem Cardinali intra conclaue ibidem fauces interpreſſæ atque eliſæ,*

eliſæ, Ioanni verò Duci fractæ ſunt ceruices. Sic in eis vidit Roma luctuoſum exitum tragœdiæ; qualem habent ſæpenumerò nonnulli, quibus nocumento vel infortunio debere adſcribi videtur, quòd aliquando fuerint potentes aut felices. Attamen vtrique PIVS V. *causâ iterum diſcuſsâ, demum famam & honorem reſtituit: quod integerrimi & ſanctiſſimi Pontificis decretum perſuaſit multis, magis tempora quàm crimina dediſſe conſilium, tum animaduerſionis adeò ſeueræ, tum exempli extremæ calamitatis; quam ambo animo infracto & prorſus Chriſtiano, poſt magnam potentiam magnamque fortunam ſubiuerunt: facti ſpectaculum grande iis, qui extra Aulæ ſunt aleam; exemplum verò aliis, qui nihilominùs ludere in eâ non reformidant.*

Alphonſus Ciacon. in Paulo IV.

17. ANTONIVS CARAFA, *Joannis Alphonſi perinde filius, Marchio Montis belli.*

18. IOANNES CARAFA, *Antonij filius, Marchio Mirabellæ.*


19. ALPHONSVS CARAFA, *Antonij alter filius, Archiepiſcopus Neapolitanus, & S. R. E. Cardinalis, adoleſcens innocentiſſimis & caſtiſſimis moribus, quem* PAVLVS IV. *ſolum ob eas laudes retinuit penes ſe, diſpulſis ex Vrbe atque Aulâ fratrum aliis filiis ac nepotibus. Obiit* Neapoli, *cùm eſſet ei ætas annorum XXV. flos ipſe.* PIVS V. *verò, qui in ipſo amauerat dotes animi tam*

inſignes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

inſignes, ſepulchrum Neapoli eidem poſuit ornatum ſectis & verſicoloribus lapidibus, cum hac inſcriptione: Alphonſo Carafæ, S. R. E. Cardinali, Archiepiſcopo Neapolitano, adoleſcenti non minùs virtute ſuâ quàm maiorum ſplendore claro, Patrui Pauli IV. Pont. Max. religionem integritatemque referenti; eâ ſapientiâ prædito, vt in ſecundis rebus ſummam eius temperantiam, in aduerſis miram conſtantiam, omnes laudauerint, Pius V. Pont. Max. poſuit. Vixit annis XXV. diebus XV. obiit M. D. LXV. Kalendis Septembris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

VII. VIII. IX.

1. CAROLVS CARAFA, *primogenitus Andreæ Magni, agmen alterum ducens* CARAFAEORVM A SPINA, *fuit Dominus Foroliuij, & Baro præterea plurium aliorum oppidorum, quibus donatus eſt tum à Carolo III. Rege, tum ab eius filio Rege Vladiſlao: nam vtrique Regi ab intimis obſequiis fuerat.*

2. ADRIANVS I. CARAFA, *Caroli filius, & Foroliuij Baro.*

3. BARTHOLOMAEVS I. CARAFA, *filius Adriani primi, & Foroliuij Baro.*

4. ADRIANVS II. CARAFA, *filius Bartholomæi primi, & Foroliuij Baro.*

5. IOANNES ANTONIVS I. CARAFA, *filius Adriani ſecundi, & Foroliuij Baro.*

6. IOANNES ANTONIVS II. CARAFA, *alterius cognominis filius, ac Dux Foroliuij.*

7. ADRIANVS III. CARAFA, *Ioannis Antonij II. filius, Dux Foroliuij.*

8. BARTHOLOMAEVS CARAFA, *alter filius Andreæ Magni, Eques Ieroſolymitanus, & eius Militiæ Magnus Prior in Vrbe Româ; atque adeò eiuſdem Vrbis Romæ Senator; quæ tunc dignitas plerumque Regibus concedebatur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

9. IACOBVS I. CARAFA, *filius quoque Andreæ Magni, Rupellæ, aliorumque oppidorum Dominus, & Baro.*

10. ONVPHRIVS CARAFA, *Jacobi I. filius, Rupellæ Dominus ac Baro.*

11. IACOBVS II. CARAFA, *filius Onuphrij, Baro Rupellæ, ac Generalis Dux Regis Ferdinandi.*

12. VINCENTIVS CARAFA, *Iacobi II. filius, Comes Grotteriæ, Rupellæ Dominus ac Baro.*

13. IOANNES BAPTISTA CARAFA, *Vincentij filius, Marchio Caſtelli Veteris, Comes Grotteriæ, Baro Rupellæ.*

14. HIERONYMVS I. CARAFA, *Ioannis Baptiſtæ filius, Marchio Caſtelli Veteris, Grotteriæ Comes, Rupellæ Baro.*

15. FABRITIVS I. CARAFA, *Hieronymi I. filius, Princeps Rupellæ, Rapolæ Dux, Marchio Caſtelli Veteris, Eques Velleris aurei, & S. R. I. Princeps.*

Io. Iacobus Chiffletius in Inſignibus Equitum Velleris aurei.

16. HIERONYMVS II. CARAFA, *Fabritij I. filius, Rupellæ Princeps, & Caſtelli Veteris Marchio.*

17. FABRITIVS II. CARAFA, *Hieronymi II. filius, Rupellæ Princeps, Marchio Caſtelli Veteris.*

18. CAROLVS CARAFA, *Fabritij I. alter filius, Vir nobiliſſimis moribus, Epiſcopus Auerſæ, & duorum Summorum Pontificum*, GREGORII XV. *ac* VRBA-

NI

NI VIII. *ad* FERDINANDVM II. *Cæſarem cum poteſtate Legati à Latere Nuntius.*

19. VINCENTIVS CARAFA, *Fabritij I. perinde filius, Dux Borcellani.*

20. IOANNES CARAFA, *Jacobi II. Rupellæ Baronis filius: is prudentiâ ſingulari præditus, & gnarus rei bellicæ, vti erat propterea in æſtimatione præcipuâ apud Regem Ferdinandum II. ita electus ab eodem Rege fuit, vt dum vrgebat belli extrema neceſſitas, duceret Claſſem Venetorum. Hæc verò ſociorum auxilia ita prouidè adminiſtrauit, vt fateri Rex debuerit, ſe ipſius operâ in primis recuperaſſe Regnum, quo exutus à Carolo VIII. Rege Galliarum fuerat. Itaque ob rem benè geſtam meruit à Rege, cum appellatione Comitis, vrbem Polycaſtrum. Eumdem Joannem Federicus alter Rex Oratorem in Pannoniam, ad illius Regni Proceres, miſit. Denique* CAROLVS V. *Cæſar, cui erat ab intimis Conſiliis, prouentus maiores pendi eidem quotannis, de ipſo Regni ærario, mandauit.*

21. PETRVS ANTONIVS I. CARAFA, *Joannis filius, Comes Polycaſtri, Vir fuit magni etiam ipſe conſilij; vnuſque è ſecretiori Regis ac Regni Senatu, prudentiæ ſuæ aliquoties oracula in eo diſpenſauit.*

22. IOANNES BAPTISTA CARAFA, *Petri Antonij I. filius, Comes Polycaſtri.*

23. PETRVS ANTONIVS II. CARAFA, *Ioannis Baptiſtæ primogenitus, Comes Polycaſtri.*

24. FEDERICVS CARAFA, *Ioannis Baptiſtæ ſecundogenitus, &, ex Petri Antonij fratris obitu ſine liberis, Comes Polycaſtri.*

25. LAELIVS CARAFA, *filius Federici primogenitus, Comes Polycaſtri.*

26. FABRITIVS CARAFA, *filius ſecundogenitus Federici, cùm ex Lælij obitu ſola ſupereſſet Iulia Carafa, eius filia atque heres, acceptâ veniâ connubij à Sede Apoſtolicâ, eam fratris filiam duxit, ac fuit pariter Comes Polycaſtri.*

27. GALEOTTVS I. CARAFA, *filius item Andreæ Magni.*

28. ANDREAS II. CARAFA, *Galeotti I. filius, & Vir pari virtutis ac generis claritate.*

29. GALEOTTVS II. CARAFA, *filius Andreæ II. cuius fidem fortitudinemque erga proprios Reges domi foriſque, poſt eius vtriuſque virtutis ſpecimen varium in omni ætate, demum hic tumulus, inuidiam non metuens, poſteris refert :* Galeotto Carafæ domi ac militiæ clariſſimo, qui pro Regibus Aragoneis multa fortiter geſſit, vltimoque Ferdinandi Regis I. bello correptus morbo in Ferentanis iam ſeptuagenarius diem obiit, & Roſatæ Petramalæ mulieri præſtantiſſimæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Andreas Carafa, ſanctæ Seuerinæ Comes, Parentibus optimis poſuit anno M. D. XIII.

30. ANDREAS III. CARAFA, *Galeotti II. filius, Ferdinando I. & ſucceſſoribus Regibus, in bello præſertim, tam fidus, vt Federicus Rex ei, cum Comitis titulo, dederit ciuitatem ſanctæ Seuerinæ. Prudentiâ quoque ſingulari excelluit; atque adeò, quamdiu Neapoli abfuit Carolus Lanoius Prorex, Gubernacula totius Regni adminiſtrauit: quam Præfecturam eidem confirmauit* CAROLVS V. *Cæſar. Is iuxta vrbem Neapolim, in Colle maximarum amœnitatum, exſtruxit propemodum expenſis Regiis ſuburbanam domum; & ſparſit in fundamenta eius trecenta numiſmata icone ſui percuſſa: quaſi ex ære domum eamdem fundaret. Ita verò inſcripſit veſtibulum eius:* Andreas Carafa, ſanctæ Seuerinæ Comes, Lucullum imitatus, par illi animo, licet opibus impar, Villam hanc à fundamentis erexit, atque ita ſanxit: ſenes emeriti eâ fruuntor, delicati iuuenes & inglorij ab eâ arcentor: qui ſecùs faxit, exheres eſto, proximiorque ſuccedito. *Sapienter enimuerò æſtimauit, deliciarum vſum ætati curis & laboribus fractæ parari, vt inter eas demum reſpiret: at ſuum iuuentuti florem eſſe, ſuumque robur; nec debere iuuenes otij honeſti citiùs quàm præclari negotij fructum carpere inter ignobiles (ſi præproperæ fuerint) Villarum amœnitates.*

31. NI-

31. NICOLAVS CARAFA, *Galeotti II. alter filius.*

32. GALEOTTVS III. CARAFA, *Nicolai filius, & Andreæ Patrui, qui ſine liberis obiit, heres, ſanctæ Seuerinæ Comes.*

33. ANDREAS IV. CARAFA, *filius Galeotti III. Comes ſanctæ Seuerinæ.*

34. VESPASIANVS CARAFA, *Andreæ IV. filius, & ſanctæ Seuerinæ Comes.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

DE SYMBOLIS HEROICIS LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

EXPOSITVRVS vim & naturam rei, in his Regionibus, quoad artem & præcepta ſaltem, non adeò notæ; aſpectui, antequàm menti, obſequens ero: & quia notitia omnis per ſenſum, quaſi per ianuam, aperitur; promam initiò HEROICA SYMBOLA nonnulla, vt ea intus ad animum oculi tranſmittant. Erit hoc verò peregrinas merces primùm explicare, ac mox ſubſtituere menti texturam earum operoſam; deq́ue ijſdem poſtremò affirmare, niſi exquiſitis pretijs, licere nemini eas nundinari.

Fortaſſe orientur quandoque diſſidia opinionum: nam ita ferent ſtudia partium, in re præſertim He-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20


Aul. Gel. li. 1. c. 11. roïcâ. Sed vt olim in exercitu tibicines, præcentione tranquillâ & venerabili, milites, ne ſparſi proruerent, ad quamdam quaſi Caſtrenſis Muſicæ diſciplinam exigebant; ita huius prioris Libri, ſeu Procœmij temperatione, vis omnis, opinor, certaminum remittet. Etenim conſtabit, ſectari me dumtaxat ea Symbola, quæ probantur communibus calculis, & quæ nihil præ ſe ferunt inferius Heroïci nominis dignitate.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT PRIMVM.

Diuorum Symbola.



PAndere mercium harum officinam libet, ſerulæ, Symbolo; quæ non claue vllâ reſeratur, ſed orbibus circumductis; donec litteræ coëant, & fiat certi verbi ſignificatio. Schema eſt HEROINAE illius Magnæ, quam cæleſti legatione Nuntius ſidereus Matrem appellauit, & Virginem nihilominùs eſſe permiſit. Epigraphe clauſtri eſt, VNI PATET VERBO. Non aliter ſinus Virginis, ad alios liberos clauſus, vni patuit VERBO, quando VERBVM CARO *Ioan. 1.*
FACTVM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS.



NVbes rorida, & inſtar ſpeculi opaca, Solem interdum repræſentat, quia reſpexit eam Sol. Accommodatur hoc Symbolum eidem VIRGINI GENITRICI. Sol enim in eâ generauit Solem : QVIA RESPEXIT DEVS HVMILITATEM ANCILLAE SVAE.

Lucæ 1.

Ouum,



OVum, exemptis vitello ac albumine, ac refertum rore, ſurſum à Sole trahitur : alia oua, quibus ponderi ſunt cognata viſcera, humi relinquuntur. Sola poſt obitum VIRGO DEIPARA in cælum aſſumitur : quia *gratiâ plena* præ aliis ſola fuit. *Luc.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



GAlea antiqua, nec eo vſu, quo militem ornat ac tegit, ſed inuerſa, ac plena incenſis prunis, ſæpenumerò plumbariis loco eſt foculi; quando ij candefaciunt ferreos cuneos, vt ſtannea ferruminent. Ad S. IGNATIVM transfertur; qui ex milite Legiſlator atque Ordinis noſtri Parens, in ſe ignem habuit, eoque hominum corda inflammauit.

Verſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



VErſatilis lucerna, non effuſura oleum, non amiſſura lumen, quantumuis manubrio in omnem partem impetus detur, exprimit eiuſdem ſancti IGNATII conſtantem & iugem flammam, inter eas omnes, quæ nos ſurſum verſum agunt, rerum humanarum viciſſitudines.

Speculum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



SPeculum fit omnibus omnia; & refert, ſeu atrum ſeu album hominem. Suadet etiam turpibus peræquè ac decoris in corpore, pulchritudinem animi, ex veteri conſilio. S. IGNATIVS *omnibus omnia factus, vt omnes* CHRISTO *lucrifaceret*, fuit ſpeculo ſimillimus.

1. Cor. 9.

Calcaribus



CAlcaribus generoſi etiam & currentes equi congruè ad metam incitantur. B. ALOYSIVS GONZAGA Eques, & Caſtilionis Princeps, loco veſtis cilicinæ, calcaria ſuo adſtrinxit lateri. Tametſi enim curreret curſu alacri ad perfectionis metam; idonea ea credidit, quodammodò vt adderet gradum, atque vt ſemet ſuamq́ue virtutem ſuperaret. Verè ex ijs vnus, quibus ad brauium in ſtadio euntibus dictum eſt: *Sic currite, vt comprehendatis.* *1. Cor. 9.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



TVbus papyraceus, fartus pyrio puluere, & innexus filo, ne cùm arſerit, à ſcopo aberret, conſilium exponit eiuſdem B. ALOYSII: qui voluit ad regimen & quaſi ſtamen Religioſi Ordinis adhæreſcere, tantùm vt vitaret periculum erroris ab ardore nimio; dum ardor interim nihil remitteret.

HÆc de DIVIS Symbola aliqui ingenio felici compoſuerunt: & tametſi Auctores ſingulorum ignorem; ſcio IV. V. VII. & VIII. laudem deberi FAMIANO STRADAE è Societ. IESV, Magiſtro meo,

& Viro ab elegantiâ morum & litterarum inprimis claro. II. verò eſt PAVLI ARESII, Clerici Regularis, & qui, edito etiam volumine de Symbolis ſacris, Italico idiomate, adeptus eſt eruditionis famam.

Sed enim, vt in medium adducam ex DIVIS ipſis aliquem, qui ſuum ſibi Symbolum concinnauerit,



S. CAROLVS BORROMAEVS Mediolani Archipræſul, & S.R.E. Cardinalis, Ceruo vſus eſt, qui aduerſus anguium venena fontem quærit, cum hac Epigraphe: VNA SALVS. Solitus videlicet ſibi vnicè in aduerſis mederi, hauriendo *aquas de fontibus Saluatoris.* *Iſaiæ* 12.

CAPVT II.

Pontificum, & Præſulum Symbola.


CÆlitibus proximos accenſeo Pontifices, ac ſacerdotes Magnos; in quorũ Infulis ac purpurâ reperitur ſæpè animus Heroïs, ac veluti conſecratur.



Clemens VII. Rom. Pont. ex gente Mediceâ (quæ globulos ſenos pro ſchemate habet) globulum è cryſtallo figurauit; qui lucet in Sole Solis inſtar, & ſimul res obiectas inflammat, iis exceptis, quæ candorem habuerint. Profeſſus eſt, in ſe candorem animi lædi non poſſe.

Aloysivs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



ALOYSIVS Cardinalis ESTENSIS accepit, pro liberalitatis ſuæ teſſerâ, Solem, cum Epigraphe: NON EXORATVS EXORIOR. Propoſuerat enim beneficia conferre vltrò, nec exſpectare preces. Etenim hæ ad gratiam veluti ius habent, hominemque quaſi DEVM conſtituunt, quemadmodum ait Martialis ſcribens ad Cæſarem Domitianum:

Si quid fortè petam timido graciliq́ue libello, *Lib. 8.*
Improba non fuerit ſi mea charta, dato. *Epigr. 24*
Et ſi non dederis Cæſar, permitte rogari;
Offendunt numquam thura preceſq́ue Iouem.
Qui fingit ſacros auro vel marmore vultus,
Non facit ille Deos; qui rogat, ille facit.



PETRVS FRANCISCVS FERRERIVS Epiſcopus Vercellenſis, & S.R.E. Cardinalis, pinxit follem pugillarium, proiectum in mare, dum hoc tempeſtate ſæuit. Dicere enim poteſt ſecurus, & cum fluctibus quaſi ludens: INANES MINAE veſtræ ſunt, nec vmquam ego ſubmergar. Vita humana maritimis eſt moribus, aguntq́ue eam procellæ ac minæ ſonantes. Sed in his ille ſtatuerat, ſpiritu & virtute animi plenus, nihil formidare.

IOAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



IOANNES FRANCISCVS GAMBARA Cardinalis, vſus vomere aratri ex rudi ferro (nec enim aliter deſerit officinam fabri) ſed cui lux erit, inſtar argenti, poſtquam ſplendorem acquiſiuerit arando, ferrum hoc præ aliis innocens tranſtulit à culturâ agri, ad culturam animi. Qui vtique exercendus eſt, vt ſplendeat; & debet cordi eſſe crebra illa Platonis adhortatio: *Otio labores anteponite, niſi fortè rubiginem ſplendori præſtare exiſtimatis.* *Marſil. Ficin. in Vitâ Platonis.*

Cygno



CYgno inter volucres nulla eſt manſuetior: nec enim quampiam ex grege auium laceſſit, quippe animal Muſicum, & factum ad pacis harmoniam. Prouocantes aquilas tamen adoriri ac proſternere ſolet. Nobile conſilium HERCVLIS Cardinalis GONZAGAE fuit, ſponte nulli nocere, non vlciſci, non vincere, niſi cùm hoſtis prouocarit.

CHRI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



CHRISTOPHORVS MADRVCIVS Cardinalis, vim ab ipſis aduerſis, veluti redintegrato ſpiritu, accepturus, Phœnicem in rogo, quæ ideò flagrat, VT VIVAT, pro ſchemate vſurpauit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



ALEXANDER CARDINALIS VRSINVS, Vrſæ, quæ ſuctu priorum pedum, à puerperio, multos dies viuit, hoc lemma ſuperſcripſit: IPSE ALIMENTA SIBI. Futurus nimirum ſibimet auctor laudis & immortalitatis, atque is qui aleret ſe gloriâ illuſtrium meritorum.

ASCA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20




ASCANIVS PICCOLOMINEVS, Archiepiſcopus Senenſis, id curaturus in obitu, vt, ſi corpus ad terram deprimitur, animus ad ſidera erigatur; figurauit ſitulas, quibus puteum haurimus: nam dum altera deorſum voluitur, altera ſurſum agitur. Obiter illud etiam diſcas, ſitulam deorſum ire, quæ vacua eſt; ſurſum venire aliam, quæ, cùm plena ſit, adfert putei opes. Ita in morte corpus deprimitur, pars hominis vacua; ſed animus, cùm eum virtus & fama implent, feliciſſimè erigitur.



PETRVS ALOYSIVS CARAFA, Epiſcopus Tricaricenſis, ac Sedis Apoſtolicæ Legatus, ſitulis eiſdem ſemet, atque Amicum, officij mutui & gratæ vicis admonuit: nam eæ ALTERNANT PONDERA EVNDO. Olim inter Charites vna myrtum, in quâ credebatur Amor plumeus nidulari; altera roſam, quæ eſt gaudium veris, & lætitia florum: tertia talos luſorios, in manu geſtarunt: eoq́; commento Veteres, beneficiis amorem & hilaritatem comites dederunt; atque indicarunt, debere beneficia, ſicut taxilli ſolent, in mutuas manus ire ac redire: quia ludus hominis pulcherrimus eſt, gratiæ viciſſitudo. Dictum ideò fuit
Plat. in Alc. 1. Alcibiadi: *In te amor à ciconiâ non differt: ſi, poſteaquàm prope te, velut in nido Amorem alatum fouerit, ab illo iterùm nutriatur.*

Idem



IDem PETRVS ALOYSIVS CARAFA, dum ſtateram Symbolum vetus familiæ, cùm hac nouâ Epigraphe, OMNIBVS EADEM, prodire voluit; profeſſus eſt, ſe in adminiſtrando iure nemini vni fauere, ſed ſeruare imò erga omnes iuſtitiæ æquamentum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



STaterę affinis eſt libra, cuius ambę lances, vbi motæ fuerint, inuicem diſcrepant : ſed quando dabunt ſuum cuique pondus, conſiſtent in æquo. Placuit hæc Libra eidem PETRO ALOYSIO CARAFAE, & ſententia fuit: Tolle, deprime, aut proſperis, aut aduerſis, CONSISTAM IN AEQVO. Et vt oſtendam, quale apud me habeant pondus vel triſtia vel ſecunda, implebo Lyrici Poëtæ carmen illud:

Horat. lib. 2. Od. 3.

Æquam memento rebus in arduis
Seruare mentem, non ſecùs in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitiâ, moriture Deli.

Opti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



OPticum ſpecillum vibrat in Album ex Sole maculas neſcio quas: Sol intereà, veluti Mercator aureus lucis aureæ, procul à maculis eſt, procul à tenebris. Quòd ſi dignaretur alloqui curioſos nimiùm mortales, cùm nihil in ſe niſi lucem habeat, diceret conſcius pulchritudinis ſuæ: NON IDEO MACVLOR. Magnanimus vir virtutem habet, omnibus numeris abſolutam; cui conſecrant honores magnos viri boni: dedecus contrà, & infamiam, quæ obuenire ipſi iure nequeunt, ſolet coaſpernari, conſcius ſuæ virtutis, ſuæque gloriæ. Hinc ALEXANDER iniurias irridere, AVGVSTVS remunerari, diſſimulare TIBERIVS, TITVS contemnere, THEODOSIVS, ARCADIVS, HONORIVS, Pater, Filius, Nepos, Cæſares, condonare, & excuſare, quàm vlciſci maluerunt. Principes verè aurei, verè magnanimi; & ideò PETRO ALOYSIO CARAFÆ, eorum ſimillimo, Symbolũ hoc dedicaui.

CAPVT

CAPVT III.


Cæſarum, Regum, & Principum Symbola.



VT ij prodeant iam, ex heroïci nominis prærogatiuâ, primas defero CAROLI V. Symbolo: id eſt Soli, necdum conſtituto in ſummâ circuli ſui altitudine, cum hoc lemmate: NONDVM IN AVGE. Qui magna obtinuerat, ſe aſpirare adhuc ad maiora profitebatur.


CLO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



CLOTHARIO Francorum Regi tribuitur rota molendini, quam aquæ CONVERTVNT, NON EVERTVNT. Haud aliter viro ſapienti & Heroï exercitium præbent, non exitium, res aduerſæ.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



LVDOVICVS XII. Rex Galliarum, hiſtricem formauit, haſtatum & pharetratum animal, cum lemmate, EMINVS ET COMINVS. Etenim miſſiles aculeos vibrans in venaticos canes, nocet eis & procul & propè. Ita LVDOVICVS Rex meditabatur formidini eſſe aduerſariis ſuis, tam ex propinquo, quàm ex longinquo loco. Et profectò Regibus eſſe oblongas manus, vulgò etiam iactari audimus.


HEN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



HENRICVS filius FRANCISCI Primi Galliarum Regis, ſuperſtite adhuc Parente, Lunæ Symbolo cornua exſerentis, lemma hoc adſcripſit: DONEC TOTVM IMPLEAT ORBEM. Luna videlicet luce lucet Solis, eique ſuccedens ſenſim augetur, donec orbem expleat. Ita Henricus velut ex Parentis vitâ & luce ſpirans, eique ſucceſſurus, creſcere in omni laude ſtatuerat; donec heres Regni, orbem atque periodum ſuæ magnanimitatis expleret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20




PHILIPPVS I I. Hiſpaniarum Rex figurauit antiquum circum, & equum generoſum, qui metam in eo tranſiliat, cum hoc lemmate : NON SVFFICIT ORBIS. Siue ad MARIAE Reginæ connubium, & ad Regnum illorum, quos appellauit Poëta

Virg. Eclog. 1. —— *toto diuiſos orbe,* ——

ſiue ad noua Regna Indorum alludere voluerit.

RENA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



RENATVS Siciliæ Rex bouem annoſum propoſuit, cum Gallicâ Epigraphe, PAS A PAS. Etenim grandi mole conſiliorum, & neque cunctabundus, neque admodùm properans, ſed gradiens tamen, potiri adhuc aliis Regnis meditabatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



FERDINANDVS Rex, filius ALPHONSI Primi Aragonenſis, MARINVM Marcianum Seſſæ Ducem, & Roſſani Principem, reum coniurationis, in cuſtodiam ſolùm dedit; abſtinuit verò à nece illius, ne Affinis cruore inquinaretur: vſus muris Armenij ſimilitudine, qui candidis villis conueſtitus, eam pellis ſuæ diuitem ſupellectilem adeò cordi habet, vt cubilis oſtiolum limo reſperſum à venatoribus, numquam egrediatur; malitq́ue capi & mori, quàm fœdari.

EMA-



EMANVEL PHILIBERTVS Sabaudiæ Dux, ſimulacro elephanti, qui ouiculas, ne fortè obuias proterat, ſubmouet proboſcide, adiunxit hoc lemma: INFESTVS INFESTIS. Futurus nimirum naturâ leni; neque nociturus vllis, niſi adæquè fortes eſſent, & qui ſimul iniuriam primi auderent inferre.

Idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



IDem EMANVEL PHILIBERTVS armorum congeriem, quæ in armamentarium referuntur, inſcripſit hac Epigraphe: CONDVNTVR, NON CONTVNDVNTVR. Quaſi, pace etiam initâ, non ſoleret intermittere omnino belli præſidia: gnarus, opinione atque auctoritate belli, pacem maximè ſuſtentari.

FRAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



FRANCISCVS MEDICEVS, Magnus Dux Hetruriæ, hoſtes curâ, ſedulitate, conſilio ſuperaturus, muſtelam cum ramuſculo rutæ, quâ enecat bufonem, & cum Epigraphe, AMAT VICTORIA CVRAM, effinxit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



FERDINANDVS MEDICEVS, FRANCISCI frater, atque item Hetruriæ Magnus Dux, vti erat ſimul Præfectus Alæ Nobilium cataphractorum in ciuitate Senenſi, & vt propoſuerat ſolâ dignitate eis præeſſe; regem apum cum choro & ſatellitio pinxit, & lemma Symboli hoc fuit: MAIESTATE TANTVM. Solus enim rex, inter apes, eſt ſine aculeo: quia *noluit*, inquit Seneca, *illum natura, nec ſæuum eſſe, nec vltionem magno conſtituram petere; telumq́ue detraxit, ac iram eius inermem reliquit.*

Lib. 1. de Clementiâ.

Viciſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



VIciſſim, quia iracundiſſimæ, & pro corporis captu pugnaciſſimæ ſunt apes; & quia regem ſuum, quando aciem ducit, ſtipant, ac tegunt, veluti modicellæ Amazones,

Spiculáque exacuunt roſtris, aptantque lacertos, *Virg. 4. Georg.*
Et circa regem, atque ipſa ad prætoria denſæ
Miſcentur, magniſque vocant clamoribus hoſtem:

idcircò ij Nobiles equites, Magno Duci FERDINANDO fidam cuſtodiam, & omnem fortitudinem promiſerunt, ſchemate apum, quæ ante conflictum ad lapillos, quaſi ad cotem, ſpicula pro rege exacuant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



ALEXANDER MEDICEVS rhinocerotem pro Symbolo habuit:qui paulò humilior elephanto,& tergo buxei coloris quaſi thorace perpetuo munitus , cornuq́ue oſſeo prægrandi ante nares armatus, obuio hoſti transfodere ventrem ſolet; niſi ab eo priùs , circumiectæ ad collum proboſcidis nexu , & quaſi laqueo , ſtranguletur. Eſt verò exitus pugnæ, aut victoria,aut mors decora: quia numquam,ſuperſtite aduerſario , de pugnâ redit ; ſed aut vincit, aut cadit. Ideò ALEXANDER MEDICEVS ei adſcripſit Hiſpanicè : NON REDEO , NISI VICERIM. etiam ipſe aciem ingrediens, aut profligaturus hoſtem, aut in prælio manſurus.

FERDI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



FERDINANDVS GONZAGA, Dux Mantuæ, quæſiturus lumen animi, & gloriæ iubar, ex propriâ, quàm ex maiorum virtute ac famâ; Solem formauit, qui ſui nitoris ſuæque lucis faber eſt, cùm Luna & ſtellæ ab eo, quaſi fœneratrices, lucem mutuam accipiant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



VESPASIANVS GONZAGA, Dux fortiſſimus, ad militaris virtutis profeſſionem vſus eſt echino, & hoc lemmate: DECVS ET TVTAMEN IN ARMIS. Quando enim canes eum impetunt, in globum ſemet, quaſi in vallum, recipit, colligitque; & hoſtibus aciem aculeorum obiectans, ſuâ ſe virtute inuoluit.

FRAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



FRANCISCVS MARIA Vrbini Dux, eius nominis II. vni elatæ palmarum, quæ quantumuis inclinata, ſub pondere exurgit, fortis animi, quem vtique pondus fortunæ aduerſæ nullum deprimat, ſignificationem idoneam pro ſe ineſſe, exiſtimauit.

COLVM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



COLVMNENSES Proceres in vrbe Româ, contra hoſtium iras ac minas, velut infracti animi ſchema, propoſuerunt vimina; quæ, ſi commota fuerit palus, flecti quidem vndis, ſed iis frangi non ſolent.

NICO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20




NICOLAVS VRSINVS Pitiliani Comes, & ſupremus Dux militię Venetorum, ſpondens fore, vt Rempublicam defenderet, & vt ſimul conuulneraret eos, qui armis infeſtis auderent eam inuadere; millum, ſeu collare moloſſi, ex corio munito clauulis capitatis, pro Symbolo extulit: millus enim moloſſum defendit, & lupum præterea conſauciat, ſi ore hianti collum canis interſtringere voluerit. SCIPIO ÆMILIANVS ita populum Romanum allocutus aliquando fuiſſe perhibetur: *Nobis, Reique publicæ præſidio eritis, quaſi millus canis.* *Feſtus.*



CAROLVS VRSINVS folle luſorio, quem percuſſum cæſtis ligneis ac dentatis, conſtat ſurſum agi, efferendum ſe in aduerſis ſignificauit. Hoc idem ſchema tribuitur ab aliis IOANNI IACOBO MEDICEO; qui fuit Marchio Marignani, & præfectus copiarum CAROLI V. congruitque familiæ globulis pila ea pugillaris. Obiter aduertere ſit, plura Symbola contra fortunam aduerſam, quàm contra eamdem propitiam extare; accidit tamen ſæpenumerò, vt fortunæ blandienti ſuccumbat is, qui reſtitit ſæuienti.

1. de Leg. *An Legumlatores*, inquit Plato, *claudam fortunam poſuerunt; quæ ad ſiniſtram quidem aduerſis reſiſtere poſſit, ad dexteram verò ſecundis lætiſque ſubruatur?*

VIR-



VIRGINIVS VRSINVS, Bracciani Dux, ex bello redux, & Florentiæ agens apud Magnum Hetruriæ Ducem, affinem ſuum, frequentabat ACADEMICOS FVRFVRARIOS (quos vocant ex Symoblo cribri piſtorij, ſuccernentis florem tritici à furfure; ſic enim ipſi flores ac deliciæ ingeniorum à vulgo ſecernuntur) interim Aulici ex licentiâ veteri, carpere conſilium; quaſi Viro militari parum eſſet decorum, inter litteratos verſari. Tum ipſe diſtrictum enſem, & in furfuris aceruo merſum, pro Symbolo aſſumpſit. ſicut enim enſis, factus ceteroqui ad vſum belli, dum pax eſt, congruè in furfure moratur, vt ne rubiginem contrahat: ita ipſe, tametſi factus ad virtutem, & ad gloriam militarem; dum belli occaſio deerat, laudabiliter, vt retineret ſplendorẽ animi, & vt diſpelleret otij rubiginem, inter FVRFVRARIOS ACADEMICOS verſabatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



DVx Terræ nouæ Oceanum pinxerat, cuius vaſtum gurgitem Sol quidem hauriat, ſed numquam exhauriat : vt ſignificaret, nullius infortunij æſtu inareſcere poſſe magnitudinem ſuam.

NICO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



NICOLAVS BERNARDINVS Biſiniani Princeps, ex gente SANSEVERINA, baculum in latice integrum, ſed quem oculi fractum credant, pro ſchemate habuit: vt inſinuaret, falli eos, à quibus liberalitatis nimiæ inſimulabatur; quaſi frangi ſenſim beneficentia eius videretur. Hortari libet, vt ſecurâ manu homines fortunati opes & bona diſtribuant: quia aut numquam donando inopes erunt; aut ſi egeſtas fortè ingruet, erunt diuites gloriâ & famâ, digniq; iudicabuntur, propter quos audiantur querimoniæ totius generis humani, fortunam accuſantis meritò; quoniam interdum eſſe locupletes illos, qui ſunt digniſſimi, non patitur.

Ariſtot. lib. 4. Ethic. ad Nicom.



GABRIEL CAESARINVS, vir Princeps, aquilæ ad Solis radios exploranti pullorum indolem ac genus, adiecit hanc Epigraphen: MEI NON DEGENERANT. Laus congeneris proſapiæ, & vt liberi ſint benè geniti, benè educati, cenſeri prima debet inter pacis artes, & domeſtica familiæ ornamenta. Videlicet natura in hominibus opem poſcit à parentibus; conſultrix ceteroqui ferarum, quibus mens & ratio deeſt; atque ideò ſponte

—— bonis
Horat. lib. 4. Ode 4. *Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

At ſæpenumerò iſthęc homini ſola confert inſtitutio. Marchio-



MArchionis Vastii Symbolum anſer fuit: qui eo perhibetur ingenio eſſe, vt ſi carpere roſtro germen aliquod incipiat, aut illud reuellat omnino, aut ſibi collum abrumpat. Significatur conſtantia vſque ad mortem in re laudabili. Et ſanè cauere inprimis nos oportet, ne conſilia ac propoſita noſtra, cum ſtatuis Dædali fugitiuis cognationem habeant; quæ auolabant, niſi ligarentur. *Semper nobis*, inquit Plato, *id quod propoſuimus, oberrat; neque conſiſtere vult, vbi ſiſtimus. Progenitoris noſtri Dædali opera eſſe, quæ dixiſti, videntur.*

Plinius lib. 10. cap. 54.

In Euſiphrone.

Comes



COmes PETRVS NAVARRVS, qui primus ſuffodere cuniculos cœpit, exſcindendis & ſubruendis molibus, per immiſſa pulueris pyrij fomenta, obluctanteſque intus flammas; ex quâ re famæ plurimum adeptus fuit: is, inquam, vt eam diuerſam ab aliis virtutem profiteretur, ſtruthio-camelum pinxit; qui oua fouet, non incubando, ſed intuendo, ſoloque aſpectu pullos excludit.

HIERO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



HIERONYMVS FALLETTVS, Trigniani Comes, odorem famæ, ſolito fragrantiorem inter inuidorum afflatus malignos, roſæ Symbolo pollicitus eſt: quæ ſicubi inter capita olida cæparum atque alliorum ſeritur coliturque, olet ſuauiùs, rubet amœniùs, floret feliciùs; quaſi aduerſus peſtem illam exſerat omnem odoriferam auram ſuam.

Plutar. lib. de Capiendâ ex hoſte vtilitate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT IV.

Eruditorum hominum Symbola.



ETiam ij conſcribendi ſunt in albo Heroum, quorum immortales animæ æterna poſteritati conſecrant monumenta. SCIPIO BARGALIVS nobilis Vir, qui de iis SymbolisHeroïcis pręcepta & exempla,Italico idiomate, Auctor præ aliis eximius edidit, pro ſchemate ſuo apem depinxit: quæ dicitur nullo floris damno mel ſugere; haud operatur tamen fruſtrà, in eo floris, non tam ego morſu dixerim, quàm oſculo.Sit etiam vſus amicitiæ, tamquam floris;ita vt ex eâ multum haurias oblectamenti, & nihil amico inferas detrimenti, amicus vſque ad aras.

Idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



IDem SCIPIO BARGALIVS circa roſas, quas habuit gentilitias in ſchemate familiæ, ſcripſit hoc lemma: ET DECERPTAE DABVNT ODOREM. promittens futurum, vt moriens perinde ac viuens, famæ odorem optimum ac fragrantiſſimum afflaret.



IOANNES BAPTISTA PORTA bombyci è ſerico ſuo ergaſtulo egredienti, adſcripſit : ET FECI, ET FREGI. expreſſitque liberationem ſuam ex quodam amatoriæ veſaniȩ veluti carcere, in quem incautus induerat ſe. Plato, de homine irretito his laqueis, dixit, eum in corpore ſuo mortuum eſſe, ac degere in corpore alieno: hoc eſt, velut in carcere, amiſsâ ſimul honeſtate, ſimul libertate.

Marſ. Ficin. in Vitâ Platonis.

Alteri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



ALteri cuidam idem vermiculus , dum eſt adhuc incluſus , & pergit nere in ſuâ ſecretâ officinulâ, viſus eſt typus hominis modeſti , & qui ab animi demiſſione , vel à metu laudis , propriam occultat virtutem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



ADRIANO FLERONTINO, S.Lamberti Leodij Canonico, & Viro cui eſt commendatio magna ab ingenij laude omni, & ab omni honeſtate; dum celebraret ſacras primitias, obtuli ego florem intra hortuli areolam, cum Epigraphe: NON ALIBI MELIVS. Canonicus in arâ, eſt flos in areâ: alibi neuter meliùs floreat, aut meliùs vigeat.


ANTO-



ANTONIVS ABVNDANTIVS, clarus in Epiſtolis & Italicâ Poëſi, cùm ſe primùm Aulæ dedit, optauit quidem, in munere ſuo præcipuo dirigi; ſed ita, vt euaderet is qui ſimul dirigeret, & eſſet negotiorum omnium capax. Circinus perinde regitur manu, vt orbem deſcribat; at orbe circumducto manum ipſam dirigit: ita vt figura eius præ cunctis capax, arcere & continere ſine errore poſſit cælum quoque, ſupremorumq́ue orbium vaſtas ac propemodum immenſas conuerſiones.

IOAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



IOANNES A ROSMARINO, allectus in eamdem Aulam, vt oſtenderet, ſolo aſpectu benigno Illuſtriſſimi Heri ſui, PETRI ALOYSII CARAFAE, Epiſcopi & Legati, ſe pulcherrimè colorari; cryſtallum figurauit, inſtar oblongioris trianguli: quæ admota oculis, res obiectas ornat eâ opulentiâ colorum; vt non ita columba in colli ſui torque, non ita iris in fontium vel nubium rore, pingi atque ornari à Sole videantur.

LAV-



LAVRENTIVS AVVEDVTVS, vt ſignificaret, ſe muniis publicis, & eorum onere ad benè merendum de patriâ, erigi potiùs quàm deprimi, ſtateram effinxit: quæ dum ſuſcipit pondera, erigitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



ALter tubum papyraceum, refertum incendiario puluere, accepit pro ſchemate, cum Epigraphe Italicâ: ARDENDO M' INALZO. id eſt, DVM ARDEO, EXTOLLOR. Sapientes in ipſis aduerſis, etiam quando vri eis videntur, ſolent exaltari.

Eadem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



EAdem ſignificatio eſt maris, quando ventorum flabra illud exagitant, cum lemmate : TVRBANT, SED EXTOLLVNT. Homines mali, tamquam venti, quippe animæ vehementes, oderunt ſapientum virorum tranquillitatem. Sapientes contrà, dum videntur ab eis perturbari, ad meritum & ad famam extolluntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



NEc diſſimile conſilium eſt teſſeræ, ſuper alueolum ludi talarij, cum Epigraphe: SEMPER IACTATVS, SEMPER ERECTVS. Nimirum ſicut talus luſorius, ita Vir ſapiens: deeſt in eo ruinæ locus; iactari à fortunâ poteſt, deiici non poteſt.

BERNAR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



BERNARDINVS BALDINVS per acum nauticam, & per Arctoum ſidus, cum lemmate, INOCCIDVA SEQVOR, expreſſit deliberationem ſectandi Chriſtianam virtutem; in quâ ſolâ vtique ſummum bonum reperitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT V.

Symbola feminarum.



CVm Heroïdes ſuas hic ſexus habeat, ſubdam aliqua etiam illuſtrium mulierum Symbola.

Dum Romæ, in Baſilicâ Liberianâ, exequiæ fierent MARGARITAE AVSTRIACAE, Hiſpaniarũ Reginæ; congruè ad gemmeum nomen, & ad gemmeos mores eius hoc Symbolum prodiit. Hoc eſt, vnio ſeu margarita; nec intra concham, vel in mari, ſed in thecâ gemmariâ, cum lemmate: DESERVISSE IVVAT MARE. Quia nimirum cælo recepta mens eius, erat inter ſidera; ſicut margarita ex mari excerpta, eſt inter gemmas.

Ad



AD corporis eius exuuias, quæ etiam decorantur funere, ſpectauit concha ipſa, vnionis mater, aut certè ſinus. Habetur ea etiam inter gemmas, & ſimilis eſt humano corpori: cui Plato aliquando dixit, omnes nos in modum oſtreæ alligari. Porrò huius vtriuſque Symboli ſanè pulcherrimi Auctor fuit FAMIANVS STRADA, Magiſter meus. *In Phædro.*

Obitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



OBitum eiuſdem MARGARITAE Reginæ ANGELVS PASQVALINVS, Liberianæ Baſilicæ Canonicus, deſcripſit ſimilitudine ſtellæ cadentis, cum hoc lemmate: CECIDISSE VIDETVR. Illudit enim oculis, & ſurſum agitur, dum videtur agī deorſum. Etiam Regina, dum viſa fuerat cecidiſſe, in cælum, aſtro ſimillima, migrauerat.


Auroræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



AVroræ picturâ, quæ perit, dum parit diem, eiuſdem Reginæ interitum in puerperio, ibidem lamentati ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



VXor GVIDOBALDI, Ducis Vrbini, nitorem animi ſui profeſſa eſt auro: quod inter metalla rubiginis expers eſt. *Si aurea mihi anima foret*, inquit Plato, *nónne arbitrareris, me libenter reperturum aliquem ex his lapidibus, per quos probari ſolet aurum optimum? ad quem animam admouens meam, ſi ab ipſo quaſi rectè educata approbaretur; certò ſcirem, me ſatis habere, nec probatione vlteriùs aliâ indigerem.* Sic ipſe. Pietas in DEVM hic lapis eſt: eaque ſola indicat animam bonam, ANIMAM AVREAM.

In Gorgiâ.

CLAVDIA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



CLAVDIA RANGONIA, Matrona nobilis, flammæ Symbolo, quæ numquam tendit deorſum, declarauit propoſitum nihil admittendi, quod inferius videretur ſui generis gloriâ, & ſuæ pudicitiæ honeſtate. Flammam intereà, quam paſſim inceſtant alij, & quam ad obſcœni amoris ſignificationem trahunt, vindicauit à probro, cohoneſtauitque, dum inſinuauit, ſordes terræ deſeri ab eâ, & cælo affinem locum puramque ſedem acquiri.



VXorem ſuam, quę vitam virtuti conſentaneam, adhuc PEREVNDO MELIOR, concluſerat morte honeſtiſſimâ, iudicauit BERNARDINVS ROTA croco fuiſſe ſimillimam. Quem florem ita deſcribit

Lib.21. cap.6. Plinius: *Gaudet calcari, & atteri; pereundoque meliùs prouenit: ideò iuxta ſemitas & fontes lætiſſimum.*

Ibidem. Crocum item nuſquam in coronis fuiſſe, fatetur idem Plinius; cùm dicat tamen ad theatra replenda vſurpari ſolitum, quoniam atteri & calcari gaudet.

Teri

Teri exercitatione per theatra ingeniorum, hæc Tractatio mea de Symbolis Heroïcis, peræquè gaudebit; coronæ honorem vltrò aliis deferens, qui de eodem argumento ſcripſerunt: lucro autem apponet, ſi attritu euadere melior potuerit.

Interim priùs agam de præcipuis quibuſdam aliis Symbolis figuratis; vti de VETERVM NVMISMATIS, de ANNVLIS, de NOTIS CLANDESTINIS, ac de EMBLEMATIS; & ad Tractationem de SYMBOLIS HEROICIS per hæc veluti veſtigia ſenſim accedam. Statueram de SIGNIS GENTILITIIS familiarum perinde agere: ſed creuit labor in molem operis; cui ſecundariæ curæ editio non congrueret, vt differri propterea in aliam & propriam editionem debuerit.

DE SYMBOLIS HEROICIS LIBER SECVNDVS

ET IN EO DE VETERVM NVMISMATIS.

VIDEAR ſectari auaram eruditionem, ſi ſtudium lucri, & nundinandi amor potiùs, quàm deſiderium locupletandi ærarium animi, me in præſentiâ inuitet. Cuſa in his numiſmatis ſæpenumerò Heroïcæ mentis ſignificatio, nunc ſurdo ære, nunc adſcriptis notis, & metallo additâ loquelâ, facit vt de his iam diſſeram. Sed ſolùm attingam præcipua quàm breuiſſimè; ne actum agam. Sed & vt plurimùm ipſas icones numiſmatum, impreſſas toties in aliorum voluminibus, prætermittam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT PRIMVM.

De Numiſmatis, in quibus rerum pretia olim erant.

PRimi mortales, dum pecori, hoc eſt viuæ agriculturæ, operam darent, vſi commutatione rerum, ſocietatem inuicem coluerunt. Iidem, ne pro calceo ſemper panem, aut pro veſte ſemper ouem acciperent, nummum excogitarunt; quo vno ſibi omnia compararent. Et ideò verus nummi vſus cenſetur, ſi eo rem diuerſam, videlicet panem, calceum, veſtem, aut domum, acquiſieris. Secùs nummum nummo augere, eſt fœnerari; notatq́ue Ariſtoteles, τόκ☉ Græcè à pariendo (ſicut apud Latinos à fœtu fœnus) dici: quia vt ſimile à ſimili, ita pecunia in fœnore à pecuniâ producitur. Id porrò vituperatur meritò: nam ſolius permutationis gratiâ nummus inuentus eſt; diciturq́ue non incongruè ab Ariſtotele, veluti fidei-iuſſor quidam, dari. Deinde, quia æris pondere, rerum pretia exæquabant; tædium ponderandi effecit, vt pecunia ſignaretur; & vt quanti valeret nummus, id nota eius definiret.

1. Polit. cap. 10. *5. Ethic. cap. 5.* *Ariſtot. 5. Polit. cap. 9.*

Varro

Varro ait, æs antiquiſſimum pecore notari cœptum, & ex eo repetit ipſum pecuniæ vocabulum. Plutarchus quærens, cur boue, oue & ſue pecunia ſignaretur; reſpondet, cauſam videri, quia ideò inducta eſt, vt permutaretur in ſuem, in ouem, & in bouem. Cur poſteà fuerint æris notæ, Ianus geminus, & roſtrum nauis, ita explicat Ouidius:

Lib. 1. Faſtor.

Multa quidem didici: ſed cur naualis in ære
Altera ſignata eſt, altera forma biceps?
At bona poſteritas puppim ſignauit in ære,
Hoſpitis aduentum teſtificata Dei.

Lactantius quoque id factum ait, propterea quòd Ianus errantem Saturnum ſuſcepiſſet. At Macrobius arbitratur, id potiùs argumento eſſe, Ianum ante alios omnes pecuniam ſignaſſe. Vt dicam,quod mihi veroſimilius eſt; Ianus Noë fuit, eamq́ue ei appellationem dedit vox Hebræa יַיִן *Iain*, id eſt vinum; cùm Noë fuerit vineæ ac vini repertor. Quoniam itaque ab ipſo vniuerſa hominum poſteritas ſeruata & propagata eſt; idcircò, ob ingentis beneficij recordationem, in nummis ſculptus Noë, ſeu Ianus, & biceps quidem fuit:nam vtrumque mundum,veterem & nouum, ſpectauit; quaſi vultus geminos habuiſſet. Sed & additur roſtrum nauis; eius

nimirum,

nimirum, in quâ cum Noë, & liberis eius, feliciter hominum natio, velut redacta in compendium, gubernante Deo, nauigauit.

Materia horum nummorum apud Romanos æs, argentum, aurum, ſed diuerſo tamen tempore, fuerunt: à Seruio Rege, vſque ad primum bellum Punicum, nummi ęrei, cum bifronte Iano, & cum Cymbâ percuſſi ſunt. Argentei nummi, quinquennio ante hoc bellum, prodierunt; & erant horum notæ, hinc Roma galeata, hinc Equites duo, Caſtor & Pollux. Inductæ poſteà ſunt, hinc Deorum tutelarium, & Victoriæ icones; hinc Bigæ & Quadrigæ; ex quo Victoriati, Bigati & Quadrigati nummi dicebantur.

Poſt annos LXII. demum nummi etiam aurei Romæ ſplenduerunt; feriebanturq́ue ijſdem notis: niſi quòd interdum, in aureis argenteisq́ue nummis, Dea moneta cum lance, aut tres Deæ, auri, argenti, æris præſides, cælarentur.

Curatores denariorum flandorum vocabantur, qui præerant nummis feriundis. Quibus ſucceſſerunt Triumuiri monetales, auri, argenti, æris flatores; atque hos indicabat frequens ea nummorum inſcriptio IIIVIR AAAFF: hoc eſt, Treſuiri mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

netales, auro, argento, ære, flando, feriundo.

Digredi ad nummos Nationum longum ſit: & terrori eſſent fortaſſe aliquæ eorum formæ. Sic Ageſilaus Rex, reuocatus à Senatu Spartano ex limine ipſo victoriæ ſupremæ contra Perſas, amico ſciſcitanti cauſam reuerſionis, dixit: An tu miraris, qui militiæ peritus es, me recentiſſimorum triginta millium ſagittariorum ſuſtinere impetum nequiuiſſe? Totidem enim nummos aureos, icone ſagittarij percuſſos, à Tiſſapherne Perſâ, aliquot è Senatoribus acceperant, & ipſum ideò reuocauerant: atque ita euênit, vt fortiùs in auro, quàm in acie ac ferro tunc Perſæ dimicauerint.

CAPVT II.

De Numiſmatis cuſis ad famam rerum præteritarum.

AD nummos honoris venio; *quibus*, vt loquitur M. Tullius, *familiæ ſua quaſi ornamenta & monumenta ſeruabant, & ad memoriam laudum domeſticarum, & ad illuſtrandam nobilitatem ſuam*. Hi nonniſi viris præſtantiſſimis, & poſt obitum ipſorum, tem-

tempore Reipublicæ, feriebantur : datumque eſt vni Iulio Cæſari viuenti, vt famæ ſuæ intereſſet, ſeque ſuaſque laudes in æris cælaturâ contemplaretur. Bruti enim caput, qui vnus ex coniuratis Cæſarem oppreſſit, in ipsâ belli ciuilis licentiâ, nec Romæ, ſed in Prouincijs exteris percuſſum eſt. Viſebantur autem in eiuſmodi nummis merita virorum illuſtrium.

Sic in numiſmate Lucij Bruti, eius qui Rempublicam liberauit à Regio dominatu, hinc ipſe & lictores cum faſcibus, hinc Libertas, erant.

Sic Liuius Caſſius, auctor legis Tabellariæ, & auctor ferendæ ſententiæ, actione auditâ, per notam, vel abſolutionis A. vel condemnationis C. vel ampliationis N. L. ſeu *Non liquet*, in denario ſculptus erat, & tabellam, cum A. litterâ ſalutis, in ciſtulam demittebat.

Sic in nummis Porciæ familiæ, ex quâ prodierat aliquoties lex Porcia, virgarum ignominiam ſubmouens à corpore ciuium Romanorum, vir togatus ſellam inſidebat, inter lictorem & ciuem; eratque adſcriptum, PROVOCO.

Sic in P. Licinij Neruæ numiſmate, qui comitia ordinauerat, arctaueratque in eis pontes; ne ibi ad

appellandum rogandumq́ue conſiſterent alij, præter eum vnum, qui ſuffragium ferebat; erant ſepta, ſeu cancelli comitiorum, & pons, & ciſta, cum diribitore tabellarum.

Sic propter auctam vel defenſam Religionem, Q. Caſſius, qui damnatis virginibus inceſtuoſis templum Veſtæ repurgauerat, meruit numiſma; in cuius alterâ parte caput Deæ, in alterâ fanum eius, ſpectabantur.

Sic, vt exprimerent auorum genus; tum Sextus Pompeius Feſtulus, lupam cum gemellis pueris, & picum auem, Fauſtulumq́; opilionem, à quo ille ſuam proſapiam repetebat; tum Petronia, & Trituria Gens, à Sabinis oriundæ, illa quidem virginem Tarpeiam, obrutam clypeis Sabinorum (nam ijs ornamentis ſiniſtræ manus, non armillis, vti ſperauerat, ſtetit ei proditio arcis) hæc autem Sabellarum virginum raptum in circo, ludis conſualibus; tum C. Mamilius, progenitus ab Vlyſſe, Deâque Circe, ſeu à Thelegono filio, Tuſculi conditore, eumdem Vlyſſem, ab Homerico cane agnitũ poſt annos viginti, cælarunt.

Sic, quod attinet ad obita munia, ex præſcripto Senatus, M. Æmilius Lepidus, hinc turritum feminę caput, Ægypti nimirum aut Alexandriæ; hinc ſeipſum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ſum, manu adpoſitâ, ſupra vnius Regij pueri cæſariem, in numiſmate habuit, cum hac inſcriptione: M. ÆMILIVS LEPIDVS, PONTIFEX MAXIMVS, SECVNDVM CONSVL TVTOR REGIS. Nam eum virum ampliſſimum atque integerrimum elegerat Populus Romanus, ſcriptus filij Tutor à Rege Ptolemæo. De quo Valerius Maximus, *Ipſius beneficio*, inquit, *Regia incunabula conſeruata pariter & decorata*, incertum Ptolemæum reddiderunt, Patríſne fortunâ magis, an Tutoris Maieſtate poſſet in poſterum gloriari. *Lib. 4. cap. 4.*

Sic quod ſpectat ad ſpolia hoſtium, T. Manlius Torquatus, ereptum torquem, cum vitâ, militi Gallo, ad Anienem fluuium; ſic alij coronas Ciuicas, Murales, Obſidionales, Triumphales & trophæa; quod ſpectat verò ad inſignia Magiſtratus & Sacerdotij, faſces, ſellas curules, lituos augurales, in eis percuſſerũt.

Poſt inclinationem Reipublicæ, quando ad vnum conferri vniuerſam dominationem oportuit, ægrâ diu ciuitate à diſcordijs inteſtinis; ſoli Cæſares erant, quibus nummi honoris feriebantur. Modò autem continebant benefacta, cum Epigraphe, inſtar Elogij; vt ADRIANO RESTITVTORI APHRICAE, LOCVPLETATORI ORBIS TERRARVM. modò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

dò exprimebant Religionis curam, & eius profeſſionem; vt inſcriptio illa, GLORIA EXERCITVS, in numiſmate Conſtantini Magni, circa labarum,



in cuius apice hi characteres ☧, qui Chriſti nomen Græcè inchoant, legebantur.

Quos eoſdem characteres, ipſe Conſtantinus in



galeâ,

galeâ, & Maioranus Auguſtus in clypeo geſta-




runt, rati omnino decorum eſſe, nomen Ducis æterni, cui militabant, in armis pro teſſerâ circumferre.

Addam obiter, eos ipſos characteres à Conſtantino adſcriptos laureæ coronæ triumphantium. Qui enim templum Apollinis prope vrbem Antiochenam, in Daphne, hoc eſt in celebri laureto, quod Græci Δάφνην vocant, à ſuperſtitione omni expiauerat; effecit etiam, vt Imperatores triumphaturi, & milites alij, non ab Apolline, ſed à Chriſto Domino victoriæ auctore coronam acciperent deinceps, eodem modo inſcriptam, ac veluti conſecratam:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

cratam: cuius laureæ formam hodieque oſtendit Romæ vetus numiſma, in Muſæo Lælij Paſqualini.



Modò victoriæ tituli, trophæa, & triumphi erant in eiſdem nummis. Vti poſt Ægyptum pacatam, in numiſmate Auguſti, crocodilus ad palmæ arborem catenatus, cum Epigraphe: NEMO ANTEA RELIGAVIT. In numiſmate Commodi Imperatoris, Victoria, cum palmâ & clypeo, ſedens ſupra congeriem hoſtilium parmularum, cum hac inſcriptione: VICTORIA BRITANNICA. Vt ſileam titulos illos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

DE GERMANIS, DE POENIS, DE CIMBRIS, ac pompam etiam triumphi; vti in numiſmate Titi, Quadrigam triumphalem eius, cum præeuntibus captiuis, IOANNE ac SIMEONE, Ducibus factionum, quæ Hieroſolymam perdiderunt.

Non omittam Apotheoſim, & Diuûm honores ſculpi ſolitos. Sic Magnus Conſtantinus inſidens Quadrigæ veluti auriga, manum appellantem de



cælo, ſequi videtur capite obuoluto; fortaſſe, quia obducta velo Æternitas pingitur, ad quam ille tum inuitabatur.

CAPVT III.

De Nummis, qui erant indices futuræ felicitatis.

SÆpè in his numiſmatis, ad promerendos animos, beneficia feriebantur; continebant verò inprimis formam gubernandi, quam Princeps erat initurus. Sic delphinus anchoræ implexus, in nummo Auguſti, inſinuabat grande illud præceptum, FESTINA LENTE. Titus deinde tum eo Symbolo vſus eſt, tum ſolâ etiam anchorâ, quæ eſt typus conſtantiæ ac firmitatis; tum duplici Cornucopiæ, & ſimul Caduceo, pacem ſpondens, atque annonæ vbertatem. Neruæ atque Antonino Pio fulmen placuit ſupra torum veluti quieſcens: vt intelligerent ſubditi, mortuam non eſſe poteſtatem puniendi, ſed indormire in ſtrato Clementiæ; eamq́ue, ſi vitia perſtrepant, exſuſcitari poſſe. Certè olim poteſtatem illam fulmen ſignificauit; ideoq́ue Regnum Aſiæ ac Ponti prænuntiauit Mithridati, quando & puero in cunis faſcias excuſſit, & ſagittas viro in pharetrâ, prope lectulum, cremauit.

In Traiani numiſmate, claua ſupra leonis caput, argu-

argumento fuit, vim cedere ſapientiæ. Alcides enim, ſapiens & heros, leonem Nemeæum, clauâ verberatum, confecit. Eadem erat ſignificatio leonis procumbentis humi, & noctuæ ſuperuolantis (quæ eſt auis ſapientiæ) in Antiochi numiſmate: niſi fortè hic Rex polliceri voluerit, daturum ſe operam, vt robur & ſapientiam copularet.

Lyſander, leonem integens vulpinâ pelle, & quaſi iungens robori calliditatem, referri potuit ad aquilæ illius genus; quam ex arboris ramo, ait Albertus Magnus, ſuſpendere oua, intra vulpinæ pellis inuolucrum, vt à ſole foueantur. Hæc verò, dum pullos ſuos fouere, ignobilis mater, calore pectoris dedignatur; idea Imperij non eſt: cùm doceat id eos, qui imperant; vt calliditate inquinent Maieſtatem.

Ne multis; obligata Principum fides, variis promiſſionibus, in ære publico ac ſignato prodibat: atque hæ inſcriptiones erant: SECVRITAS PVBLICA, SECVRITAS PERPETVA, PVBLICA FELICITAS, PVDICITIA, FECVNDITAS, LIBERTAS, LIBERALITAS.

Sed ille titulus, præ aliis faciebat ad vulgi plauſum, quo annona vberior promittebatur. Ita Senatus, in nummi aduersâ parte, Auguſtum percuſſit;

& in auerſâ imaginem Cereris, ſpicas in manu habentis, ſed vultu tamen Liuiæ, vt abundantiam frumenti polliceretur. Senatus, inquam; nam in quibus nummis deerat hæc nota S. C. ij ab adulatoribus, abſque auctoritate publicâ, feriebantur: quale fuit numiſma C. Cæſaris, cum Temone, Cornucopiæ, & Caduceo, in ſpem pacis, vbertatis, & conſentaneæ gubernationis.

DE SYMBOLIS HEROICIS LIBER TERTIVS,

ET IN EO DE ANNVLIS, ET EORVM NOTIS.

DE re iam agimus, in quâ, neſcio, plus fortuna luſerit, an luxus ſæuierit: cùm ſæpenumerò vnius aut Vrbis, aut ſaltem fundi pretia homines in digito geſtauerint.

CAPVT I.

Quænam fuerit Annuli origo.

PEſſimum vitæ ſcelus Plinius patraſſe arbitratur *Lib.* 33.
eum,qui annulum digitis primus induit; neque *cap.* 1.
qui fecerit, tradi fatetur. In fabulis Prometheus ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

betur huius criminis reus : quia exſertum circulum ferreum ex catenâ, quâ ad Caucaſum adhæſerat, dicitur geſtaſſe, cum fragmento rupis, vt maneret pœnæ recordatio. Ex quo factum aiunt, vt in gratiam Promethei parentis, homines dein annulos geſtarint.

Hæc etſi fabuloſa ſunt, indicant tamen ipſius annuli antiquitatem. Quam ignoraſſe Plinius videtur, dum vſum annuli cœpiſſe non putat, niſi poſt tempora belli Troiani, inductus auctoritate Homeri; qui in conſignandâ pretioſiori ſupellectile de nodis tantùm, non de annuli notis vmquam meminit, & prætereà, dum *Non ſignat*, inquit, *Oriens, aut Aegyptus, etiam nunc litteris contenta ſolis*. Fuiſſe verò in Palæſtinâ, atque in Ægypto, vſum priſcum annulorum, conſtat ex ipſis Hiſtoriæ ſacræ monumentis. Sic Iu-
Geneſ. 38 das Patriarcha nurui ſuæ Thamari, quam perſonatam, & inſtar meretriculæ compreſſerat, pignoris loco (vti ſonat vox Hebræa, quâ vſus eſt Moyſes) ſigillum, hoc eſt annulum ſigillaricium, armillam, & baculum reliquit : donec hœdus, pretium ſtupri, ad illam ex grege mitteretur. Ceterùm tria hæc, quod mirantur aliqui, haud excedebant æſtimationem vnius hœdi : quoniam annuli, & armillæ, præſertim ordi-

ordinarij & quotidiani vſus, vti deinceps dicam, ex ferro & ſimplici ære tunc parabantur. Sed fateor tamen, ex auro parari cœpiſſe in annos conſequentes, aureumq́ue eum annulum fuiſſe, quem Ioſepho Proregi dedit Ægypti Rex Pharao; aureos item annulos, quos Matronæ Hebræorum in Tabernaculi donaria contulerunt. Quæ cùm ita ſint, veroſimile eſt, ab Hebræis & ab Ægyptiis ad Græcos, à Græcis ad Romanos vſum annulorum manaſſe. *Geneſ.41*

Vt redeam ad eorum originem; putem ſeruis in libertatem vocatis, circulum ex catenâ, cum lapidis, de quo fuerant empti, particulâ eidem circulo inſertâ, dari conſueuiſſe, vt eſſent memores conditionis antiquæ. Ex luxu deinde, qui eſt res ſeruilis, nec ingenuum ac liberum animum decet, ferrum in aurum, lapidem in gemmam mutatum eſſe, ac geſtamen cœpiſſe haberi, quod anteà vinculum fuit: atque adeò ſplenduiſſe inſtar ornamenti, quod initiò fuerat tormentum.

Porrò in hac me ſententiâ confirmat Epigramma illud Martialis, in Zoïlum creatum Equitem, ex ſeruulo ergaſtulario:

Zoïle quid totâ gemmam præcingere librâ *Lib.11. Epigr.22*
Te iuuat, & miſeram perdere ſardonycha?

Annulus

Annulus iſte tuis fuerat modò cruribus aptus:
Non eadem digitis pondera conueniunt.

Quaſi diceret: Vnius libræ annulum, etſi aureum, geſtas; & arbitraris, peræquè magnos digitis, atque olim pedibus, annulos conuenire. Sic idem Martialis catenas, quas vnà cum compedibus fingit Zoïlum eumdem conſecraſſe, ritu veteri, Saturno ſeruorum Deo, poſtquam fuit adeptus Equeſtrem dignitatem, annulos vocauit, in his aliis verſibus:

Lib. 3. Epigr. 23

Has cum geminâ compede dedicat catenas,
Saturne, tibi Zoïlus, annulos priores.

atque hinc ſerui dicebantur pedibus annulati: quæ omnia indicant, non omnino incongruè à ſeruorum vinculis repeti annulorum originem.

CAPVT II.

Quibuſnam licuerit olim Annulos geſtare.

CVm annuli fuerint, aut nuptiales, aut honorarij ſeu indices dignitatis, aut ſigillaricij; ſponſis, in omni ætate priſcâ vel recenti, annuli dati ſunt, ideò potiſſimùm, quemadmodum ego interpretor, quia ſeruire inuicem coniuges debent: neque enim ſuimet in matrimonio retinent libertatem.

Certè

Certè apud Pythagoram Symbolum ſeruitutis annulus erat; atque hoc ille videtur voluiſſe innuere, dum vetuit, ne quis arctum annulum ferret: quaſi & ipſe, reputans eam quam diximus originem annuli, atque annulum adhuc pro vinculo habens, ſuaderet per verborum eas ambages, ne quis in ſeruitutem duram atque incommodam ſe ipſum conijceret.

Id etiam cauſæ erat, cur Flamini Diali olim interdiceretur annuli vſu: nam decere opinabantur, vt eſſent maximè liberi Sacerdotes. Sed nos rectiùs Sacerdotibus annulos tribuimus: quia Cælo, Superis, ac Deo ſeruiunt; atque in pectore humeroq́; ferunt nomina, hoc eſt debita populorum. Quamquam Abrahamus Gorlæus Flamini Diali annulum ſimplicem, & ſine gemmâ tribui ſolitum, affirmat. *In Præloquio Dactylothecæ.*

Ad hæc Regum duorum ſtatuæ, hoc eſt, Numæ Pompilij ac Seruij Tulli, ſpectabantur cum annulis in Capitolio, tempore Plinij: nec immeritò; quia, vt Sapiens quidam dixit, REX BONVS SERVVS EST PVBLICVS.

Poſt exactos Reges, annulus ferreus Imperatoribus & Ducibus dabatur: nec aliter de Iugurthâ Rege C. Marius triumphauit. Ferreo vtebantur etiam

Spartani & Macedones; ferreumq́ue à Matre dono habuit Seleucus Rex. Neque frequens vſus annuli, tametſi ferrei, videtur fuiſſe Romæ ante Gn. Flauium, ex libertino patre genitum, & Appij Cæci Scribam. Cuius Comitia tantum indignitatis habuiſſe narrat T. Liuius, vt Nobiles plerique non ferentes ipſum, inuitis Patribus, Ædilem Curulē & Tribunum plebis creatum, annulos & phaleras poſuerint.

Lib. 9.

Manſerunt porrò annuli ferrei, quamdiu Romæ perſeuerarunt aurei mores: ex quibus videlicet in ipſos annulos aurum abijt, creſcente luxu, ac labente ſenſim diſciplinâ. Quinimò tam citò facta eſt ea variatio, vt ipſemet C. Marius, in tertio Conſulatu, cum annulo aureo fulſerit. Sed ſuperbo vſui tunc erat ſaltem reuerentia, vel pudor: nam ſolis Legatis peregrè, & in Prouincias exteras euntibus, concedebantur annuli aurei: atque ijdem Legati ferreis domi contenti, geſtabant aureos ſolùm, quando publicè prodibant.

Dein aureo annulo cœpti ſunt Equites à plebe, Tribuni & Centuriones à milite diſtingui: eumdemq́ue ſibi ac Medicis aliis promeritus eſt Antonius Muſa libertus; qui Auguſtum, poſt conclamatam eius valetudinem, ſanauit.

Vſur-

Vſurpari demum cœpiſſe, ſecundo bello Punico, domi foriſque,abſque Tribuni & militis, Equitis & plebis diſcrimine, atque ex aureis annulis fuiſſe modios tres, quos ad ſignificandam illatæ cladis magnitudinem Annibal miſit Carthaginem poſt victoriam ad Cannas,Plinius opinatur. Cui tamen ne ego aſſentiar, facit illud, quòd necdum ferreorum vſus Romæ tunc omnino deſierat: etenim *memoriâ auorum*, inquit ipſemet Plinius, *multi Præturâ functi in ferreo conſenuerunt*. Præterea maior pars Iudicum, Auguſto decurias ordinante,in ferreis annulis adhuc erat. Sed & in funere, luctu, atque acerbis caſibus Reipublicæ mos fuit ponere annulos aureos, ac ſumere ferreos. *Lib. 33.*

Peculiariter quia ex annulis aureis Aſdrubal dicitur agnouiſſe Centurionum ac Tribunorum cadauera; honoremque ſepulturæ, Scipionis rogatu, eis conceſſiſſe; id argumento eſt, adhuc in ferreis plebem ac militem fuiſſe. Conijcio id etiam, quia cùm pollicitationibus magnis Cæſar milites ſuos adhortaretur, vt Arimini tranſirent Rubiconem, & cum digito exſerto ſurrectoque promiſſis fidem faceret; perſuaſio fuit in caſtris, promitti annulum aureum & dignitatem Equitis:quo annulo aureo etiam tunc *Appianus de Bell. Punicis.*

ille Ordo à plebe, ſicut ab Equite tunicâ lati-clauiâ Senatus, ſolebat diſcriminari. Confirmant hoc leges duæ, altera Tiberij, altera Othonis, quam Domitianus reuocauit: quia enim eæ leges aureum annulum tantùm iis concedebant, qui cenſum amplum quotannis perciperent, ingenuique & ex ingenuis parente ac paterno auo nati eſſent; oſtendunt manifeſtè, aureum annulum non fuiſſe promiſcui vſus, niſi poſtquam Septimius Seuerus ius eiuſdem militi cuiuis conceſſit.

Tum verò creuit maximè varietas annulorum; & præſertim poſtquam digitos in feminis imbelles, in libertis ignobiles res tam decora circumdedit. Erant nimirum annuli æſtiui, annuli hiberni; hoc eſt ponndere auri aut gemmæ leues, vel graues. Inſinuauit hoc inter alios Iuuenalis in his verſibus:

Sat. I. in Criſpinum.

Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurum,
Nec ſufferre queat maioris pondera gemmæ.

Vſque adeò emaſculatas reddiderat luxus Romanorum eas manus, quibus graue anteà non fuerat, pondus militaris clypei, vel dum æſtas anhela erat, noctu atque interdiu ſuſtinere.

Nec defuerint fortaſſe annuli Verni & Autumnales, ita vt candida gemma Hiemem, praſina Ver, flaua

flaua Æſtatem, rubea Autumnum repræſentarit. Imò parum hoc fuerit, niſi faſtidioſos digitos omnium quoque menſium annuli exornauerint; nempe inſtructi gemmis illis duodenis, quas contulerant Poëtæ in Apollinis diadema, ad menſium ſignificationem.

Maioris adhuc portenti auctor Heliogabalus in Principatu fuit, cùm quotidie toto anno annulos mutauerit; & quem induerat ſemel, eum luxu inſano reſpuerit.

Quid ſi habuerit quiſpiam annulos item omnium horarum? Sanè Apollonius Thianæus, qui ab Iarchâ annulos ſeptenos, cum ſeptem Errantium ſiderum notis, vt credibile eſt, in magiæ vſum, dono accepit, non quouis die tantùm eis vti, ſed quauis horâ potuiſſet: cum tribuant Mathematici Planetis ſingulas diei horas, diemq́ue nominet ſtella quę diem inchoat. Prepterea ſi à Sole cenſum horarum ineas, regrediendo per ſtellas citimas Terris, vltimas Cælo, rectè conſequuntur Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris, ac Saturni dies; progrediendo autem ab eo per ſtellas ſuperiores, rectè antecedunt Saturni, Veneris, Iouis, Mercurij, Martis, ac Lunæ dies.

Philoſtr. in Vitâ Apoll. li. 3. c. 13.

Atqui vt annulos quis indueret omnibus horis, non trecentos ſexaginta quinque, ſicut Heliogabalus, ſed octies mille ſeptingentos ſexaginta ſex (tot enim horæ ſunt anni) deſideraret. Ita verò annulos variare, ſoli Annibali fortaſſe licuiſſet, dummodò retinuiſſet prædam Cannenſem. Sed potuiſſet tunc indignari Natura, tamquam victa; propterea quòd plures in vnius hominis manu gemmæ, quàm in ipſo cælo ſtellæ conſulgerent.

CAPVT III.

Recenſentur Annuli aliqui celebriores.

Cic.lib.3. de Offic. OMitto annulum illum fabuloſum, cuius præſtigiis nunc manifeſtus nunc occultus Gyges, anteà opilio, inuaſit Regnum Lydiæ; & quem *2.& 10. de Rep.* annulum ſi induiſſet Vir ſapiens, ex Platonis ſententiâ, nihilo plus peccaſſet, quàm ſi eo caruiſſet.

Herodotus in Thaliâ. Polycratis Tyranni annulus eſt fortunæ luſu celebris; quem vtiq; ille merſerat ſponte, vt aſſiduo gaudio laſſus, ſentiret mœrorem: mox verò recepit, intra piſcis ilia; vt agnoſceret, aliquando exiſtimari poſſe argumentum Numinis irati, ſemper eſſe felicem. Herodotus gemmam huius annuli ait fuiſſe ſmaragdú,

Plinius

Plinius autem ſardonychen ; & affirmat ſuperfuiſſe adhuc tempore ſuo Romæ, in fano Concordiæ, intra cornu aureum,ex dono Auguſtæ.

Achates,opus ſolius Naturæ, in Regis Pyrrhi annulo, Apollinem cum citharâ, Muſas cum inſignibus propriis habuit. Si addidiſses cantum & ſonum, fuiſſet verè ibi Parnaſſus; nec in rupe, ſed in gemmâ. *Plin.l.37*

Nonij Senatoris Annulus ex luxu enormi retinet famam adhuc aliquam, ſed malam. Hominem Antonius proſcripſit, quem vniuerſa Reſpublica ægrè totum ornare ſatis potuiſset ; quandoquidem pro vnius digiti ornatu ſeſtertiûm viginti millium gemmam induerat.

Profectò cùm in arctum vnius lapilli Natura ſuam maieſtatem, non ad licitandum, ſed ad contemplandum coëgerit; atq; adeò cùm noſtro æuo in ciuitate aliquâ Italiæ,homo calculoſus,veros adamantes,pretioſo ac diuite humani corporis vitio, emiſerit ; neſcio Naturam in eo ægram, an indignantem vocauerim, miſcentemque ſordibus præcipuas opes ſuas, in pœnam æſtimationis prauæ ; quâ gemmas iam quærimus, ex auaritiâ dumtaxat, non ex admiratione.

Vt aliquos promam, etiam ſine gemmâ, illuſtres annu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

annulos, eſſe poſſet omnium inſtar annulus CARO-LI V. dignus famâ temporum, quia in manu ſapientiſſimi Principis tempora diei noctiſque abſque errore diſpenſabat. Erat enim in fundâ ſeu palâ eius Horologium, paruis libramentis & machinulis aptũ; nec foris modò ſingulas horas indiculo ſignificabat, ſed intus prætereà ſecretiore obſequio digitum toties perſtringebat, quoties ad vnam quamlibet horam perſtrepunt ictu malleoli cetera Horologia. Sic admonebat temporis acti, exigebatque, num menſuram eius benefactis Princeps Magnus impleuiſſet.

Vt nobis etiam præſtò ſit ſimilis officina temporis, adiiciam annulos duos magis parabiles, hoc eſt, ſaltem inſtructos Horologio ſolari.


Alterius fundâ, ſecta in partes binas, intus habeat



horarum

horarum characteres; & in eius medio ſit caueola, cum acu magneticâ. Hæc acus, agmine tremulo & ſollicito ſuum quæret ſidus, horam verò indicabit vmbra ſtaminis, quod in clauſtri oſtiolo tendetur. Claudetur dein annulus, vt foris in eo etiam gemma fulgeat.

Alter annulus ita in ſe Horologium habet, vt ſubſidio magnetis non egeat: neque enim ei cum ſidere alio, quàm cum Sole, negotium intercedit. Porrò deſcribitur hac arte. Primò elementa priora, hinc eorum menſium qui ad Solſtitium à Brumâ intercurrunt, nempe Ianuarij, Februarij, Martij, Aprilis, Maij, & Iunij; illinc menſium aliorum, qui ad Brumam à Solſtitio eunt, videlicet Iulij, Auguſti, Septembris, Octobris, Nouembris, & Decembris, deſcribantur ordine ſuo, ſupra hemicyclum annuli conuexum. In hemicyclo dein concauo è regione ſint horarum characteres, & hinc quidem progrediendo IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. illinc autem regrediendo, ſed infra vltimam notulam, I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. Prætereà pars conuexa fiſſionem tenuem habeat, eaque ducatur inter menſium vtramque ſeriem. Huic verò circulus alius exilis ac ductilis ita circumponatur, vt in illo



etiam ſit foramen, quaſi ocellus. Tunc ſi ocellus hic conſtituetur iuxta characterem menſis qui in anno agitur, ex Sole aduerſo radiolum, quaſi punctum lucis, per fiſſionem vibrabit in concauum hemicyclum, quem opacant vmbræ hemicycli conuexi; fietque certa horæ ſignificatio.

Cùm hic autem circulus horas, menſes, annum contineat, poſſet enimuerò ex quadam honoris prærogatiuâ, & veluti iure proprio, annulus, quaſi paruus annus nominari. Certè annulum & annum ſortiri originem vocabuli communem, exiſtimare *In Prælo-quio Da-ctylothe-cæ.* malim, quàm aſſentiri Abrahamo Gorlæo, qui ignobilem, nec honeſtam ei deriuationem dedit.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT IV.

De pronubo beatiſſimæ Virginis Deiparæ annulo.

PEruſiæ, nobili Vmbriæ ciuitate, colitur religioſiſſimè annulus, quo MARIA ſanctiſſima Virgo ſtirpis Regiæ nuptui data eſt Ioſepho Viro congeneri, ac beato: qui manſit in connubio cum eâ cælebs corpore, ſed affectu curâque, & toto penitus animo maritus.

De hoc annulo, Cluſij olim Porſenæ Regiâ vrbe diu in honoribus magnis habito, ac Peruſiam tranſlato cum gloriâ & cultu maiori, edidit non ita pridem, ſtylo eleganti, eruditos commentarios Ioannes Baptiſta Laurus. Peculiariter verò ait, ſublucere in dorſo eius, notæ alicuius veſtigium; quam ſenſim ætas abederit, & quæ multis videtur flos erumpens è calyce iam repando. Aliis refert binos flores ſemicluſos, binóſve oculos, vel caput ſerto redimitum; fortaſſe Dauidis Regis, qui fuit vnus ex magnis Auis huius ſponſæ Regiæ.

Sedenim quia ſæpè fit, vt alat coniecturas & opiniones ipſa rei vetuſtas & veneratio; exiſtimo ſim-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

plicem & cum læuore orbem eſſe, nec vllâ cælaturâ operis prominuli eum aſperari. In quâ me ſententiâ confirmauit Ioannes Baptiſta de Ninis, Iuris Pontificij ac Cæſarei peritiâ, meritiſque ſinceræ amicitiæ mihi præcipuus. Nec enim aliâ ſpecie, quàm teretis ab omni parte circuli, eum ſacrum annulum, Peruſiæ in patriâ ſuâ ab ſe viſum, affirmauit.

Hic idem annulus ex metallo non eſt, ſed ex gemmâ onychinâ, vel amethyſto: & potuiſſet ex ſmaragdo fieri, gemmâ illis ſolis nuptiis aptâ, in quibus nullus interceſſit matrimonij vſus. Alioqui frangitur ſmaragdus, ac ſentire videtur iacturam virginitatis; quod aliquando eueniſſe annulo ſmaragdino vnius Reginæ Hungariæ primâ nocte nuptiarum, apud Scriptores non ignobiles legi.

Albertus Magnus & Ruell. lib. 2. de Gemmis.

CAPVT V.

De alijs Annulis pronubis.

NVptialis annulus apud Romanos, etiam tempore Plinij, ferreus fuit ſine gemmâ; commendabatque antiqui victus parſimoniam, & frugales mores. Circulum etiam, nullo inſerto lapillo, in hunc finem dari conſueuiſſe puellis Hebræis, quando

Alex. ab Alex. l. 2. cap. 5.

do nubebant, opinatur Ioannes Baptiſta Laurus, velut æquabilis connubij teſſeram. *In lib. de Ann. B. Virginis.*

In regionibus pariter oræ Septemtrionariæ datur alicubi nouis nuptis annulus aureus expers gemmæ; & congruè figura ea æterna exprimit amoris in coniugio perennitatem.

Apiros vocauit Ariſtoteles hos annulos, quibus funda ſeu locus gemmæ non eſt; deque his meminit, exponens vim & naturam *Infiniti:* omni enim caret fine pariter, atque initio circulus vndique rotundus ac teres; terramq́; ideò ἀπείρονα, ſeu orbicularem, Homerus appellauit. Eoſdem ſimplices annulos à Litteratis viris caſſos dici, affirmat Abrahamus Gorlęus. *Lib. 3. Phyſ.* *In Prælo- quio Dactylothecæ.*

Olim tamen obtinuit, obtinetque nunc etiam inter coniuges, in Prouinciis Europæ variis, vt gemmæ loco, annuli pronubi dexteras duas aſtrictas inuicem & iugatas, velut fidei mutuæ Symbolum, habeant. *Pier. lib. 41.*

Certè Clemens Alexandrinus, dum negat ornamenti causâ ſponſæ olim à viro tradi annulum conſueuiſſe, ſed vt eo potiùs quæcumq; erant domi, obſignaret cuſtodiretque; quia vir adminiſtrat Rempublicam, vxor rem domeſticam; ſatis innuere videtur, in annulis pronubis non defuiſſe cælaturam. *Lib. 3. Pædag. cap. 11.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT VI.

De Digito annuli pronubi, & huius occaſione de Digitis alijs annularibus.

DIcitur inuentus annulus pronubus ad cor ipſum coniugum coronandum ſimul & ligandum; vt illi obſtricti inuicem, regnum domeſticum, optimum regnorum omnium & tranquilliſſimum, mutuâ concordiâ adminiſtrent. Ideò inſtitutum fuiſſe putant, vt ſiniſtræ manui, & digito qui in eâ eſt alter à minimo, induatur. Scribunt enim Auctores varij, neruum tenuiſſimum ex eo digito ad cor vſque pertingere; eoque ideò exiſtimarunt coronari cor, ac veluti ligari: ſed & per venulas virtutem geminarum aduerſus faſcinum & venena ad ipſum cor tranſmitti opinabantur; quod cauſæ erat, vt aurum in imâ parte gemmæ non intercederet, ſed illa digitum ipſum tangeret. An ita ſit, & an in hoc digito maior, quàm in aliis, affinitas cordis reperiatur, (quod negat Abrahamus Gorlæus) malim ego vt à Medicis definiatur.

Macrob. in Satur. l. 3. c. 13.

Agellius l. 10. c. 10

In Prælo-quio Dactylothe-cæ.

Alij annuli digito, qui eſt pollici proximus, & qui index vocatur, dein minimo digito, poſtremò digitis omni-

omnibus, ſi medius tamen excipiatur, dari cœperunt. Eum verò excipi Abrahamus Gorlæus apud Romanos conſueuiſſe affirmat; quia fuerat infamiæ notatus ab Athenienſibus, & quia καταπυγων, quaſi cinædus & ſcortum, fuerat appellatus. Martialis eum etiam impudicum appellat; & qui cauſam quærit, videat cur verpus vocetur. Nihilominùs Galliam & Britanniam in hoc etiam digito annulos habuiſſe tradit. Ceterùm onerari ſolitos annulis omnes digitos ſine diſcrimine, ita apud Martialem lego, in Epigrammate eius de Stellâ ad Seuerum: *Ibidem.*

Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, iaſpidas, vno
Portat in articulo Stella, Seuere, meus. *Lib. 3. Epigr. 11*

En in articulo, hoc eſt in vno digito, quatuor annuli: quos comparat cum luminibus & ornamentis carminum eiuſdem Stellæ inſignis Poëtæ, ideoque cultam eius manum appellat; & per metonymiam cultum eum totum eſſe, in hac Epigrammatis concluſione affirmat:

Multas in digitis, plures in carmine gemmas
Inuenies; inde eſt hæc, puto, culta manus.

& de eodem in proximo Epigrammate:

Quòd nutantia fronte pertinaci
Geſtat pondera Maſchion ſuperbus; *Ibidem Epigr. 12*

Aut

Aut grandis Linus omnibus lacertis
Septem quòd pueros leuat, vel octo;
Res non difficilis mihi videtur:
Vno cùm digito vel hoc, vel illo,
Portet Stella meus decem puellas.

hoc eſt, decem ora & vultus puellarum in totidem annulis diſtinctis, vel omnes in vno, quod veroſimilius eſſe arbitratur Matthæus Raderus noſter, referens ſe ad Apollinem & Muſas nouem, in vnâ Regis Pyrrhi gemmâ. Quamquam hoc intelligi de annulis denis in vno digito, quis vetat? cùm idem Martialis de Carino ſcripſerit:

In Commentar. Martialis.

Lib. 11. Epigr. 35

Senos Carinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit annulos,
Nec cùm lauatur, ſi cauſa quæ ſit quæritis;
Dactylothecam non habet.

Lib. 7. Natur. Quæſt. cap. 31.

& cùm Seneca queratur, ita exornari annulis digitos cœpiſſe, vt in omni articulo gemmæ diſponerentur.

Plinius l. 33. c. 22

Etſi verò initio familiare fuit, ſolùm in læuâ geſtare annulos; quod Plinius ait ſtudio factum ab eo, quem inuentionis puderet; nam alioqui, ſi honos ſecurus fuiſſet, dextrâ, vt ait ipſe, erat oſtentandus: poſtmodum annuli honoris & ſigillaricij collocari cœpti ſunt in dexterâ, tamquam digniori ac magis conſpicuâ;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

conſpicuâ; quam vtique in bello clypeus non occultaret. Nec Cæſar Arimini aliter, exercitui annulum, exſerto digito, ad fidem faciendam, oſtendere potuerit; cùm ſola ad eum finem dextera manus digitum exſereret: atque idem confirmat deſcriptio Hieroſolymæ, in annulis Hebræorum, de quibus non ita multò pòſt à nobis mentio fiet. Coniici etiam hoc idem poteſt ex Diuino illo oraculo apud Ieremiam: nempe, *Si fuerit Jechonias filius Joakim Regis Juda ſigillum in manu dexterâ meâ, inde euellam eum.* & hoc ſeruatum fuit etiam in Deorum ſimulacris, vt ſcribit Abrahamus Gorlæus.

Cap. 22.

In Præloquio Dactylothecæ.

Peculiariter indicem dexteræ manus, qui vocatur digitus ſalutaris, debere decorari Antiſtitum & Pontificum annulis, exiſtimat Ioannes Stephanus Durantes Epiſcopus Toloſanus. Neſcio tamen, an inter ſacros ritus id iam præſcribatur: & poſſent fortaſſe Antiſtites etiam, cùm ſint ſponſi Eccleſiæ, in ſiniſtræ manus digito annulari congruè ſuos annulos geſtare.

Lib. 2. de Rit. Eccl. Cath. c. 9. n. 37.

O CAPVT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT VII.

De Annulis ſigillaricijs, ac de variâ eorum cælaturâ.

Actione 6. in Verrem. SIgillum eſt paruum rei ſignum aut ſimulacrum: ideoq́ue M. Tullius ſigillatos vocauit eos ſcyphos, in quibus erant inſerta Emblemata, & paruæ icones ad ornatum. *De Orat. cap. 12.* Sigillaria etiam Tertullianus vocauit parua Idola, & Veterum fictiles Deos. *Lib. 6. contra Gentes.* Arnobius item Ethnicos irriſit, quòd ſigillaria ſua crederent Deos eſſe; putarentq́ue, in minimis ſigilliolis Deos contrahi atque arctari, extendi verò in vaſtis ſimulacris.

Sigillum itaque in annulis, eſt parui ſigni cęlatura: ſicuti pupilla eſt ea pars oculi, in quâ paruam iconem noſtri, quaſi pupulam, aſpicimus, dum aſpicimur.

Lib. 7. Saturn. cap. 13. Iam quia Macrobius ait, Veteres potiùs ſignandi gratiâ, quàm ſemet ornandi, annulos circumtuliſſe; adeò non ſemper inertem in manu gemmam habuerunt; libet referre formas rerum præcipuas, quas in annuli gemmis olim ſculpſerunt.

Cælarunt frequenter Deos, quos colebant. Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Venus armata, in Cæſaris annulo, erat teſſera ipſius, in ſummis rebus. Sic Nero Marſyę effigiem, ſuperati ab Apolline, & ab eo ad arborem excoriati, congruè, in annulo habuit: etenim lanienam ſimilem in Principatu exercebat. Sic Neroni teſſeram nefandi coniugij Sporus Eunuchus dedit, cælatum in annulo Proſerpinæ raptum. Sic admirationi fuit, expreſſus, in annuli lapillo, caſus Phaëtontis. Sic Bacchus in amethyſto, perſuaſit vini vſum innocentem, ac temperatum.

Dio Caſ. Hiſtor. Rom. lib. 43.

Galen. lib. 17. de Vſu partium.

Plat. Iun. in Græc. Epigr.

Modò expreſſerunt eos Philoſophos, quorum inſtituta ſectabantur: nempe Stoïci Zenonem, Platonem Academici, Peripatetici Ariſtotelem. Quo pacto etiam ait M. Tullius, non in tabulis ſolùm, ſed in poculis, & in annellis, ſpectari ſolitam Romæ imaginem Epicuri.

Lib. de Finib.

Sæpenumerò Patriam, Parentes, Auos in eis figurarunt. Sic Hebræi, præſertim exſilij tempore, Vrbem Ieroſolymam; & fortaſſe eò ſpectat illud: *Si oblitus fuero tui Jeruſalem, obliuioni detur dextera mea* (ferens nimirum in annulo tui delineationem.) Sic Africanus ſimulacrum Patris, Lentulus figuram Aui, Iulius Cæſar iconem Veneris, ex quâ & Anchiſe Troiano genitus dicebatur, Galba Imperator ſuæ proſa-

Pſal. 136

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

piæ ſigna, hoc eſt canis caput ſub prorâ nauis, ſculpsêre in ſuiſmet annulis.

Interdum res geſtæ in eis viſebantur. Sic habuerunt, Lucullus Ptolemæum Regem, Sylla traditionem Iugurthę, Alexander Magnus imaginem Darij; ſed pro epiſtolis in Aſiam ab ſe victam: nam ſuimet icone, epiſtolas in Europam, vbi non adeò vicerat, obſignauit.

Fuerunt & vultus illuſtrium virorum ac feminarum. Ita ſignauit codicillos ſuos Auguſtus imagine Alexandri, Commodus Imperator icone Amazonis, Imperatorum plerique & Primores Vrbis vultu Auguſti.

Philo Iudæus. Nec defuit etiam ars, in anguſtias vnius gemmæ cogendi arcendiq́ue grandia corpora, vti Coloſſos & Gigantes; (crediderim, adhibito pedis aut digiti menſore) fortaſſe vt parui quoque magnos animos præferrent. *Cæl. Rodig. lib. 6. c. 11.* Facit verò ad hanc rem Morionis illius dicterium: qui Principes bonos, aiebat, ſculpi poſſe vniuerſos, intra vnum annulum: tam pauci ei videbantur fuiſſe ſimul Principes, & ſimul boni.

Aliqúando animalia, & ſigna rerum alia, ad hos ſigillaricios annúlos tranſtulerũt. Talis erat, in Pompeij annulo, Enſifer Leo; Sphinx in annulo Auguſti,

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ad initia Principatus(Symbolum roboris cum ſoler- *Sueton. in Auguſto.*
tiâ; vel vt indicaretur, ſecreta debere eſſe Principum
conſilia) dein imago Alexandri, poſtquam incepe-
rant aliqui ſiniſtrè id interpretari, quaſi ænigmata
potiùs, quàm epiſtolas Auguſtus ſcriberet. Rana in
annulo Mæcenatis, non autem ex iis quæ aſſiduè
coaxant, ſed ex ranis Inſulæ Seriphi, quæ perpetuò *Plin. l. 9. c. 63.*
ſilent: vt videlicet, cùm eſſet à ſecretis Auguſti, om-
nem ſilentij fidem profiteretur. Harpocrates ſilentij
Deus in annulis aliorum, qui idem profitebantur.
Ancora in Seleuci Regis annulo: Aquila Draconem
complexa, in annulo Arij Lacedæmonum Regis: *Ioſephus Hebr. l. 12. c. 2.*
quo ille annulo epiſtolam obſignauit, ſcriptam Oniæ
Pontifici Hebræorum; cùm inſinuauit repertos An-
nales vetuſtiſſimos, in quibus Spartanorum origo
referebatur ad Abrahæ abnepotes: vt propterea exi-
ſtimarit, Hebræos Spartanoſque debere, vti con-
ſanguineos, colere inuicem amicitias.

Ad hæc opinatur Gretſerus noſter, in annulo, *Lib. 4. c. 9*
quem Pharao Ægypti Rex dedit Ioſepho Proregi,
Crucem ſculptam fuiſſe, argumentum ſupremæ po-
teſtatis; exigendi nimirum à reis etiam vltima
ſupplicia: cùm interim pulchrè illius Regno prælu-
deretur, qui per Crucem aſſerüit humanum genus in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

libertatem ſempiternam. Quamquam alij credunt, in annulo Ioſephi ſcarabæum fuiſſe; quo Symbolo paſſim Ægyptij, ſe fore ſtrenuos atque omnino viros, profitebantur.

Vt ad Romanos redeam; plerique illuſtres Viri Cæſarum, qui tum imperabant, imaginem in annulis circumferebant, & tabulas eâ obſignabant. Plebeij vultus proprios vſurpabant; & huc ſpectant verba illa Lenonis apud Plautum:

In Pſeud. 15.

——— *Eho Polymachæroplacides*
Purus putus eſt ipſus, noui.

Peculiariter, Chriſtianorum ſigilla, ſuadebat Clemens Alexandrinus, vt columbam, aut piſcem, aut nauem, aut lyram, aut anchoram, aut Piſcatorem, ob recordationem Apoſtolorum, referrent. Carerent verò idolis, nudíſve amicarum ſimulacris: carerent gladio, & arcu, ne impij apparerent, aut inhoneſti, aut pacis minùs ſtudioſi: carerent cyathis & poculis; quia hæc ſigna iis qui temperantiæ dediti erant, conſentanea non exiſtimabantur.

Lib. 3. Pædag. cap. 11.

Mouet admirationem, in S. Auguſtini annulo, *ſigillum hominis attendentis ad latus*; vt ipſe loquitur, ſcribens ad Victorinum: & ſatis equidem conijcere non poſſum, quid eo Symbolo vir ſanctiſſimus, nec

Epiſt. ad Victorin.

tamen

tamen ſanctior quàm ingenioſior, exprimere voluerit. An ſuimet cuſtodiam, in his quæ ſpectant ad ſecuritatem animæ; an filij Adeodati, à ſe geniti, & de femore ac latere ſuo nati, memoriam eo fuerit complexus, vt incontinentiæ illius pœnitendæ numquam obliuiſceretur. Certè noxas anteactas, in vitæ ac ſanctitatis æquali ſenio, expiauit editâ publicâ confeſſione; eaſdemque noxas eſt deprecatus etiam dum deficeret; vt voluerit ideò, ad parietem cellæ, in quâ moriebatur, Hymnos pœnitentium circumſcribi.

Sileo & Romanos, in annuli palâ cor cælaſſe, vt eius Symboli admonitu, corde præſtarent: alios, figuraſſe Amorem inſidentem leoni, habeniſque regentem iram eius; propterea quòd fortia quæque Amori cedant. Quas aliaſque formas auium ac ferarum, nobilem vt plurimùm habuiſſe ſignificationem virtutis, equidem non dubito. Nec videtur iudicaſſe aliter Fabius Quintilianus: dum enim Oratorem, quem virtus nulla exornat, nominauit ſigillum raſum ac terſum; inſinuauit tacitè, ſemper aliquam virtutis notam imprimi conſueuiſſe in ſigilli cælaturâ.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT VIII.

De Annuli ſigillaricij vſu in ſacrificijs.

Religio quædam & reuerentia olim annulis fuit: & ideò Plinius ait, grauatis ſomno, ac morientibus, detrahi eos conſueuiſſe. Propterea etiam recenſetur inter prodigia mortis Adriani Principis, annulus ex digito eius ſponte lapſus, dum Antoninum poſtremò laudaret: & cadere tunc in ſuâ imagine videri potuit, quia ſculptus in annulo illo erat. Vanam hanc ſuperſtitionem fuiſſe tamen, oſtendit annulus Seleuci Regis, quem cùm iuxta Euphratem amiſiſſet, rerum ibi potitus eſt, vt Matri prædictum fuerat.

Lib. 33. cap. 1.

Ael. Spart.

Appianus.

Studio reuerentiæ erga eoſdem annulos, vetuerat Tiberius, metu propoſito extremi ſupplicij, ne quis annulos, ac nummos, ſignatos icone non vulgaris argumenti, in lupanaria, latrinas, vel alia obſcœna loca inferret.

Seneca factum id interpretatur ex accuſandi frequenti ac pænè publicâ rabie; & narrat de Paulo viro Prætorio, qui accuſatus fuerat, quoniam in conuiuio, matulâ indigens, manum cum annulo & imagine

Lib. 3. de Benef. cap. 26.

gine Tiberij, eminente gemmâ, obſcœno vaſculo admouiſſet. Quem tamen liberauit ſeruus, annulum ebrio extrahens, ne crimen heri probari poſſet.

Myſtæ ac ſacrificuli etiam incurrebant pœnam capitis, immolando Diis victimam, quam annulo priùs non ſignaſſent. Quem ritum antiquiſſimum inſinuat quoque Horus Apollo, dum orygem vnicornem feram, ex genere ſilueſtrium caprearum, ait ſigillo Deorum non debuiſſe ſignari: ne videlicet in Deorum poſſeſſionem videretur tranſſcribi bellua obſcœna, quæ erat typus impuri ac ſceleſti animi. Nam quando Sol vel Luna exoriuntur, indignanti ſimilis toruos humi oculos defigere, ac mox auerti, aluumq́ue exonerare perhibetur.

Herod. lib. 2.

Lib. 1. Hierogl.

Sphragiſtæ, id eſt ſigillatores, appellabantur Myſtæ, qui victimis ſigillum ante ſacrificia imprimebant; eratq́ue annuli nota (quod mireris) homo in genua prouolutus, manibus reuinctis, cum gladio ad iugulum. An quia bouem, hircum, agnum, hominis loco, immolabant, ad eluendam offenſionem Diuinam; Deo has victimas acceptante, ne periret omnis homo; ſiquidem omnis homo erat mortis reus? Certè potuerint, à priſcis Hebræis, Ethnici ſacrificuli hoc addiſcere; atque inſtituere, vt homines expiarent hoſtia-

Plutar. lib. de Iſide & Oſiride.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

rum ſanguine noxam illam, quam alioqui purgare atque proluere ſanguine proprio eos oportuiſſet.

CAPVT IX.

De Annuli ſigillaricij vſu in Epiſtolis.

PRiuatæ ac publicæ tabulæ, vt conſtaret earum fides, ſignabantur annulis; & hi vel figuras, quas anteà recenſuimus, vel characteres nominum, interdum claros, interdum occultos, imprimebant. Quod Symmachus videtur inſinuaſſe, dum, *Cupio*, inquit, *cognoſcere, an omnes obſignatas acceperis eo annulo, quo nomen meum magis intelligi, quàm legi promptum eſt.* Carolus Magnus tamen, non in annuli gemmâ, ſed in gladij capulo, ſigillum habuit; vt edicta & leges obſignaret: putabat enim eiuſdem gladij debere eſſe, leges tueri, ac eas promulgare.

Lib. 2. Epiſt. 12.

Gorroz. de Dictis mirab.

Ceterùm iis ſigillariciis annulis deferebatur olim tantoperè, vt ſeruulo, heri annulum promenti, crederetur perinde atque ipſi hero. Sæpè tamen fraus erat; & voluntatem ſeruuli potiùs, quàm heri, annulus indicabat. Vt propterea M. Tullius illud conſilij dederit Q. Fratri: *Sit annulus tuus, non miniſter alienæ voluntatis, ſed teſtis tuæ.* Seneca etiam querebatur, annulis pluſquam animis interdum credi.

Lib. 1. Epiſt. 1.

Lib. 3. de Benef. cap. 17.

Ad

Ad hæc, ne adulterinis notis locus eſſet, in obſignandis litteris, & publicis tabulis, in Principatu Neronis, *aduerſus falſarios*, inquit Suetonius, *tunc primùm repertum, ne tabulæ, niſi pertuſæ, ac ter lino per foramina traiecto, obſignarentur.* Hoc autem ex Romani Senatus decreto fuiſſe ſancitum Paulus Iuriſconſultus affirmat, atque explicat etiam his verbis: *Ampliſſimus Ordo decreuit, eas tabulas, quæ publici vel priuati contractus ſcripturam continent, adhibitis teſtibus ita ſignari, vt in ſummâ marginis ad mediam partem perforatæ, triplici lino conſtringantur, atque impoſitum ſupra linum ceræ ſigna imprimantur; vt exteriores ſcripturæ fidem interiori ſeruent: aliter tabulæ prolatæ nihil momenti habent.* Sic ipſe.

In Nerone c.17.

Lib. 5. Sent. Tit. 25.

Vtebantur porrò cerâ Aſiaticâ, ſicut frequens vſus iam eſt ceræ Hiſpanicæ. M. Tullius, *Hæc*, inquit, *quæ à nobis eſt prolata laudatio, obſignata erat cerâ illâ Aſiaticâ, quæ ferè eſt omnibus nota nobis: quâ vtuntur omnes, non modò in publicis, ſed etiam in priuatis litteris: quas quotidie mitti videmus, à Publicanis ſæpè, vnicuique noſtrûm.*

In Oratione pro Flacco.

Poſteà mos fuit, vt epiſtolæ Pontificum ac Cæſarum, & præſertim eorum diplomata, plumbeis bullis; litteræ verò ad familiares, annulis & cerâ ſigna-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

De Offic. Eccleſiæ Conſtant. c. 5. n. 27. rentur. Ita Godinus adnotauit, Conſtantinopoli Præfectum ſigillo, ſignaſſe cerâ & annulo tantùm eas litteras, quas Imperator ad Matrem, ad Coniugem, ad Liberos dabat; cùm quæ ad Deſpotas, ad Patriarchas, & ad alios Magnates ſcribebantur, eæ ſignarentur plumbeâ bullâ.

Demum nec illud omiſerim, non fidei dumtaxat, ſed ſecreti etiam ſignificationem in ſigillaricijs annulis fuiſſe. Sic admouit Alexander Magnus Hephæſtionis ori ſigillum ſuum, poſteaquàm is clàm ſublegerat Olympiadis epiſtolam; admonuitque, ſilentio arcana Regum tegi debere. *Plutar. in Fortunâ Alexandri.*

CAPVT X.

De Annuli ſigillaricij vſu in re familiari.

VEreor, quemadmodum accipient multi id quod iam ſubdam; cùm vtique infamiam ingenij ſordidi ac deparci afflare annulis videri poſſit. *Quæ fuit illa Priſcorum vita*, inquit Plinius, *qualis innocentia, in quâ nihil ſignabatur? at nunc cibi quoque & potus annulo vindicantur à rapinâ: hoc profecerunt mancipiorum legiones, & in domo turba externa.* *Lib. 33. cap. 1.*

Fuerit nihilominùs intra laudem, obſignare armaria, horrea, penuaria, ex ſtudio œconomiæ: in quem finem,

finem,ait Clemens Alexandrinus, etiam inter Chri- *Lib. 3.*
ſtianos,vxori annulum à viro traditum eſſe; nec aliò *Pædag. cap. 11.*
ſpectat illud Plauti:

Obſignate cellas, referte annulum ad me. *In Caſin. Act. 2. Scen. 1.*

At claudere & cuſtodire annulo viliſſima vtenſilium, quod Parthis diſplicuiſſe in Vonone (quando ex Auguſti domo, vbi diu obſes fuerat, vocatus ad Regnum, ſecum Græcos homines, ingenio illiberali, adduxit Oeconomos Regiæ domus) inſinuat Cornelius Tacitus. *Initio l. 2. Annal.* Obſignare item reliquias de menſâ, & raphanorum dimidias partes, vt loquitur Theophraſtus, qui carpit hoc in homine auaro: *Cap. de Obſcœnit.* nec cibos tantùm ſemeſos, ſed ſal & condimenta ipſa condere, quod Plautus reprehendit in quibuſdam Parcipromis, contra quos ita inuehitur;

Nam id demum lepidum eſt: triparcos homines vetulos, auidos, aridos *In Perſ. Act. 2. Scen. 3.*

Benè admordere; qui ſalinum ſeruo obſignant cum ſale.

hæc, inquam, præclarè erant ſordida. Sed quid ſi addam, ſignari conſueuiſſe vaſa etiam vacua? libet referre illud Martialis:

Septem poſt calices Opimiani, *Lib. 9. Epigr. 88*
Denſo cùm iaceam triente blæſus,
Adfers, neſcio quas mihi tabellas,

Et dicis, Modò liberum eſſe iuſſi;
Zenas ſeruulus eſt mihi paternus,
Signa. Cras meliùs, Luperce, fiet:
Nunc ſignat meus annulus lagenam.

Quam nimirum exhauſerat; & ideò ebrius ſignare Luperci tabulas recuſabat. niſi tamen ſeruare annulo vini reliquias voluerit; ne illas famuli exſorberēt, qui ad id maximè captabant tempus, in quo herus foret temulentus. Sed citra omne dubium id affirmat M. Tullius de Matre ſuâ. *Sicut olim*, inquit, *Matrem meam facere memini; quæ lagenas etiam inanes obſignabat:* cauſamq́ue addit: *ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ.*

Lib. 16. Epiſt. ad Tironem.

Paulò fuit honeſtius, ſacculos pecuniæ munire annulis: eumq́ue morem inſinuat Plinius, dum narrat, interdum fulmine aurum, argentum, æs intus liquari, ſacculis nullo modo ambuſtis, ac ne confuſo quidem ſigno ceræ. Id autem fiebat, ne pecunia dolo immutaretur, ingererenturq́ue nummi adulterini, exemptis optimis ac probatis. In eam ſententiam Apuleius; *Ne fortè*, inquit, *aliquis iſtorum, quos offers, aureorum, nequam vel adulter reperiatur; in hoc ipſo ſacculo conditos eos, annulo tuo prænota; donec altero die, nummulario præſente, comprobentur.*


Lib. 12. cap. 13.

Lib. 10. Metamorph.

Sed


Sed Gylippus Lacedæmon nihilominùs, diſſuens inferne ſacculos, ſubmiſſam pecuniam à Lyſandro ſurripuit, ſigillis intactis: nec patuit fraus, niſi poſtquam ſeruus indicium fecit; innuens Magiſtratui, multas noctuas cubare in Ceramico: id eſt, in heri tecto, & ſub tegulis(quas Græci appellant Ceramos) multos aureos nummos eſſe, qui Athenis icone noctuarum feriebantur. *Plutar. in Lyſand.*

Vt redeam ad annulos ſigillaricios; noſtro æuo hęc infamia eis ampliùs non irrogatur: quia ſunt tantùm fidei teſſera; neque arcas, cellas, lagenas ampliùs ſignant. Porrò inuentos in Batauis antiquos annulos, ferreos tamen, cum adiunctâ claui, ad vſum ſignandi aperiendique; Iuſtus Lipſius refert. & hæc illorum forma. *In Cõm. ad lib. 2. Taciti.*



Abra-

In Dactylotheca n.42. Abrahamus Gorlæus eius generis annulum alium reperit æreum, & cum gemmâ onychinâ; in quâ ſunt inciſæ ſpicæ duæ, atque in medio earum nauis gubernaculum. In manubrio verò Crux aſpicitur, vt ex icone eius apparet. Hi tamen plerumque non



ab annulariis, ſed à ferrariis fabris, nec tam ornatus cauſâ, quàm in miniſterium œconomiæ, vti reor, parabantur.

CAPVT XI.

In quemnam vſum gemmæ Annulis additæ fuerint.

QVando innocentior ætas erat, in ſimplici metallo, ſeu ferrum, ſeu æs, ſeu argentum, ſeu aurum eſſet, ſigilla figurabantur. Dein luxus, vt hoc multo

multò fieret pretioſius aut ſuperbius, addidit annulis gemmas, non vt ſicuti priùs ſpectarentur, & coronarentur auro, ſed vt ſeruirent tamquam fidei teſſeræ, atque iniuriam cæli vel ſcalpri paterentur. Cælatura eminentes, ſcalptura profundas rerum icones reddebat; neque gemmæ vlli luxus pepercit, excepto adamante, propter indomitam eius naturam. Sed hanc domuit tamen noſtra ætas, & primus celebratur Iacobus Treccia Mediolanenſis, qui gentilitia ſigna PHILIPPI II. Hiſpaniarum Regis mirâ prorſus arte in adamante ſculpſit. *Abrahamus Gorlæus in Præloquio Dactylothecæ.*

Venit in mentem hoc loco adamantis, quem Wolfangus Gulielmus, Neoburgi, Iuliæ, Cliuiæ, Montium Princeps Madriti MARIAE Auſtriacæ, PHILIPPI IV. Regis Hiſpaniarum ſorori, donauit, ipſo die Virginis Deiparæ per Nuntium ſidereum olim in Nazareth deſponſatæ. In quo adamante cùm eſſet imago eiuſdem cæleſtis Internuntij, velut prouolantis ad ſuam legationem, ea dedit occaſionem donum adhuc magis ornandi verbis & votis: ſignificauit enim hic Princeps, ſe illud inprimis optare, vt Sponſo Magno, inclyto & Regio (quem illa vtique iam habet) Cæleſtis Paranymphus eam pariter deſponſaret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Vt ad gemmas redeam; tres maximè idoneæ habebantur, vt fierent ex eis annuli ſigillaricij, nempe Achates, Onyx, & Sarda: nam hæ ceram non trahunt, pulcherrimeq́ue imaginem exprimunt.

Arte ſcalpendi apud Græcos excelluit Pyrgoteles; à quo ſolo Alexander Magnus permiſit in gemmâ vultum ſuum formari. Romæ verò Dioſcorides pro ſigillis Auguſti ſcalptor nobilis fuit.

Annulis,& characteribus notisq́ue eorum,in magiæ, veneficij, & veneni miniſterium aliquando veteres vſos eſſe,ſatis conſtat. Sic Demoſthenes venenum gerens in annulo præuenit Archiam Thurinum à Rege inimico miſſum,vt necem ei intentaret;& ſimili leto Annibal occubuit, antequàm Romanis ab Rege infido traderetur.

Denique ne abſoluam triſti exemplo eorum,qui tædio vitæ aut fortunæ aduerſæ inducti, auro & gemmâ ſe peremerunt: addam potiùs ſolitos olim, Magnates præſertim,amicis peregrè euntibus adeſſe comites; & hoc genus officij, dicebatur *ad annulos hærere.* Ita Conſtantino Magno laudi datum hoc fuit in Panegyrico, quòd digredienti ad annulos ſederit. atque etiam in Plinij Panegyrico leges: *Tenuis adhuc, & obſcurus, obtinenti Africam, comes hæſerat.*

DE SYMBOLIS HEROICIS LIBER QVARTVS,

ET IN EO DE NOTIS CLANDESTINIS.

AGEMVS iam de ratione loquendi, ſcribendique, ad quam ſecreti neceſſitas, & negati ſæpè aditus, hominem prudentem etiam ac probum poſſunt adigere.

CAPVT I.

Modus loquendi apud Veteres, ſine dictione, & ſcriptione.

VEteres aliquando, dum nihil dicerent, ſcriberéntve; ſatis tamen aperuerunt ſententiam animi. Tarquinius nihil filio, qui apud Gabios erat, nihil *Liu. Dec. 1.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

hil internuntio reſpondit; ſed virgâ in hortulo decuſſit ſumma papauerum capita: & filius mentem parentis aſſecutus, mox prima vrbis capita obtruncauit.

Clem. Alex. in Hierogl. Idanthura Rex Scytharum, extrema interminans Dario, qui Iſtrum traiecerat, murem, ranam, auem, iaculum, & aratrum ei dono miſit. Id verò vnus è Tribunis Darij benignè interpretans, exiſtimauit, Scythas Perſis deferre Imperium; & mure quidem habitationem, aquam ranâ, aue aërem, iaculo arma, aratro campos, omnemq; Regionem polliceri, Contrà ex Tribunis alius, coniicere ſe potiùs ait, Scythas ominari futurum, vt niſi Perſæ, tamquam mures terram, tamquam ranæ aquam ſubirent, aut abuolarent in aërem tamquam aues, numquam euitarent Scytharum iacula; ſed imò iis conficerentur, aut ſuperſtites, tamquam ſerui, agerentur ad ſtiuam aratri.

CAPVT II.

An modo eo loquendi vſa ſit Aetas poſterior.

Aliqui etiam ex magis recenti memoriâ, viſi ſunt ab hac parte Priſcos æmulari. Buchardus Montmorentius, illuſtris Heros, qui in acie ſteterat in-

infracto animo, dum capeſſerent fugam alij; quadam die à conflictu, intrauit Aulam Philippi Primi Galliarum Regis, torquatus monili aureo, quod ceruina capita ita componebant, vt ante pectus ex illis canis penderet. Mouit verò Aulicorum ingenia nouum illud ornamenti genus: & fortaſſe iudicarũt aliqui, circumferri ab ipſo ſiluarum ſpolia, aut venationum trophæa. Regi tamen ſciſcitanti, reſpondit, notari torque illo Proceres, qui fuerant in prælio, ceruorum inſtar timidi, ac celeres ad fugam; dum ipſe manſerat, inſtar Moloſſi, ad cuſtodiam Regis. Placuit virtus; & vt facti recordatio iret in annos conſequentes, inſtituit Rex Ordinem militarem canis, cum torque ex capitibus ceruorum. *Philip. Morieau.*

Boleſlaus Rex Poloniæ, vni ex Proceribus, qui fugiens, anſam exercitui dederat ſigna deſerendi, in pugnâ contra Ruſſos, ad Haliciam, pellem lepuſculi, colum, & fuſum, loco muneris, ſubmiſit; inuaſitque hominem confuſio tam vehemens, vt ſuſpendio remedium quæſierit. *Cromer. lib. 6.*

Olim etiam Cretenſium lex, aut conſuetudo fuit, vt Magiſtratus iuberet, adulteros laneâ corollâ, tamquam molles ac mulieroſos, redimiri. *Ælian. l. 12. Var. Hiſtor.*

Galeacius Sfortia, Princeps Mediolani, illudens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Paul. Iou. in Elog. Barthol. lib. 3.

ex licentiâ iuuenili Bartholomæo Bergomati, celebri militum Duci apud Venetos, tamquam exactæ ætatis bellatori, nec ſemper tamen cauto aut ſatis callido, vulpem antiquam, ſed in caueâ, donauit. Alter viciſſim tinunculum Galeacio miſit, compeditum loro, & inſtructum binis argenteis crepundiis; qualem, dum luſitant, pueri pro accipitre habent, exprobrans ingenij leuitatem, tamquam Principi, magnæ quidem fortunæ, ſed qui egregij Ducis haberet nihil, præter ornamenta, vel inanem pompam.

Iuſtinianus Genuenſis Hiſtoricus l. 6.

Ab eodem Galeacio Sfortiâ, Franciſcus Marcheſius Orator Genuenſis copiam ſermonis diu expetierat, vt nimium eius deprecaretur imperium, ac ne ſub eo Principe totam pateretur ſeruitutem Genua; quæ dediderat ſe Franciſco parenti dumtaxat, vt aduerſus inteſtina diſſidia haberet Tutorem ac Præſidem. Itaque excluſus aliquoties à Principis conſpectu, miſit ſaltem ei, dum erat in celebri epulo, intra argenteum vas, vulgarem herbam ocymum, quam Itali *baſilicam* vocant: & mox accerſitus, vt donum explicaret; dixit herbæ illius hoc ingenium eſſe, vt fragret ſuauiter, dum tractatur molliùs; ſed grauiùs oleat, ſi nimiùm prematur, atteratúrve. Genuenſes perinde, ipſi agenti leniùs amorem & obſequium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

quium,ſed alia non tam grata ſpondere, duriùs tra-ctanti. Et verò huic germini apud Italos, meritò eſt Regium nomen: quod germen, vtinam Reges ipſi, in hortulis ſuis sererent, colerentq́ue; ſed ita vt ſimul ab eo diſcerent regnare.

Adhæc Præpotenti cuidam in aulâ, & fermè al-teri Seiano, amicus clauum ferreum in polubro ar-genteo miſit; vt fortunam ſuam figeret, retineretq́ue indulgentem ac propitiam, priuſquàm elaberetur: ſicuti poſtmodum elapſa, hominem conſtitüit inter exempla illorum, qui in perniciem ſuam felices, for-midare ſecunda & proſpera, aut numquam, aut ſerò didicerunt.

CAPVT III.

Modus alius diſsimulanter conſilia exponendi.

DVbitaui, pręterire an proponere hunc modum etiam deberem; quem vtique animaduerto interdum in flabellis vulgi, otium æſtatis ventilare; interdum (quod deterius eſt) lenocinari amatoriæ quorumdam veſaniæ.

Riſum vix teneas, ad aliquorum in hoc genere ineptias: vt exprimeretur hoc nomen BARBARA,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

fuit qui barbam & ranam dimidiam pinxerit: nam in his natura & vis rerum non ſpectatur, ſed vocabulorum ſonus, quem compoſuerint ſyllabæ, nunc nexæ inuicem, nunc diſiunctæ. atque hoc refert Ludouicus Dominicus.

Alter, vt ſcriberetur LVCRETIA, figurauit lucum & aliquot retia, cum gerulo, qui humeris ianuam exportaret. Debuit porrò id in Inſubriâ confictum eſſe; nam ibi ianua VS vocatur. Sic ademptâ eâ ſyllabâ; quod anteà fuiſſet LVCVS RETIA, erat LVCRETIA. Hoc Paulus Aretius commemorat.

Procabatur alius nobilem puellam in Hiſpaniâ ex Reginæ Gynæceo, quam ſperabat riualis eius nobilior, & opulentior. Vt huius verò nuptias illa reſpueret, admonebat icone auis, in inſertę galeri rediminiculo: quæ auis, Hiſpanico idiomate, vocatur *anadino*. Cùm verò Anna eſſet puellæ nomen, ſenſus erat, ANA DI NÒ: id eſt, Anna, dic te nolle riualem meum.

Quidam alteri quærenti, cur amicitiæ renuntiaſſet, loco reſponſionis, tranſmiſit vnionem gemmam, & pronubum annulum, ſed fractum. Vocatur ab Italis vnio, PERLA; & nuptialis annulus, FEDE, propter copulatas coniugum in eo dexteras: & fuit perinde,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

inde, ac ſi diceret; PER LA FEDE ROTTA. hoc eſt, Deſerüi amicitiam, quia tu fidem fregiſti.

Feminæ Principi, quæ appellabatur nomine Italico BIANCA, Aulicus neſcio quis, hoc fidelis obſequij ſchema in ſpirâ galeri oſtentabat: cereum nimirum ex auro, ſed encauſticè album. Si autem tres primæ ſyllabæ eius ſepararentur, id quod eſſe videbatur CANDELA BIANCA, ſeu cereus albus; fiebat. CAN DE LA BIANCA; id eſt, canis ſemper fidelis erga Principem Blancam.

Cœnanti Pontifici Clementi VII. adſtabat inter nobiles alios Bononienſis quidam Eques, & Poëta, ferens in redimiculo galeri gemmam achatem, in eâque iconem feſti Pentecoſtes. Pietatem id conſilij dediſſe, credi poterat, & cupere hominem Poëtam, linguas de cælo igneas; vt diceret etiam ipſe: *Paul. Iouius in Dial. de iis Symb.*

Eſt Deus in nobis; agitante caleſcimus illo.

At Pontifici cauſam roganti longè aliud reſpondit, affirmauitque, vti ſe Symbolo illo incepiſſe, poſtquam ſumptibus magnis adſpirauerat fruſtrà ad puellæ primariæ nuptias: exprimi autem dixit voce illâ PENTECOSTE, Pœnitere & conſtare ſibi hoc admodum carò. Reſponſio inopinata tanto excepta eſt plauſu, vt Pontifex ipſe, alioqui moribus grauiſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

mis, ex cœnâ nondum abſolutâ præ riſu confeſtim abierit.

Annibal Carus, clarus vir in omni eruditione, cuidam ruſticulo, ſed benè nummato, & qui ad ſtemma nobilium anhelans, petierat ſibi poſteriſq; inſignia familiæ, iudicauit hæc tria congruere poſſe, vtpote homini quem agricultura fecerat locupletẽ, Grana frumenti ſeu ſegetem, vitem, & vnam pyrum. Porrò ea nomina ſi coniungantur, ſonant ferè *Gran Vitupero*: & videbatur ſanè grande vituperium, vnius ruſtici manus paganas, quæ ad ſtiuam & ad ligonem diu obcalluerant, velle arripere ſtatim nobilitatem.

Hippolytus Senior, Cardinalis Eſtenſis, perſuaſurus, vt maturè omnia ac tempore idoneo fierent, pinxit falconem auem, conſtringentem falculis partem illam Horologij, quæ agmine perpetuo cietur, & quam Itali appellant TEMPO: quaſi diceret; FAL CON TEMPO. id eſt, Ea quæ agis, agas cum tempore, & ſuccedent ex voto.

Didacus à Guſman, ſignificaturus, negotium quod ſuſceperat, è ſententiâ non fluere, maluâ vſus eſt; & ſenſus fuit, MAL VA: Malè res cedit.

Ferdinando etiam Regi Caſtellæ, Iſabella vxor

&

& Regina, dum erat in profectione, ad quam minùs afficiebatur, fertur in campis oſtendiſſe maluam; & rogaſſe, num audiret, quid germen illud ſucclamaret: inſinuaſſe autem, perſonare vndique MAL VA: & tum Rex, veluti malè auguratum, iter illud abrupit.

Sed characteres aliquando, atque integras voces, iis notis locutionis clandeſtinæ miſcuerunt. Sic in Comœdiâ Pantomimus, illudens Thraſoni, colligenti ex omni re vaniſſimè gloriam, & ſeſqui-Herculem agenti, inſignia obtulit; in quibus canis, carrus, littera T, & vinea eſſet: eique ſuo idiomate ſplendidè ita imprecatus eſt, CANCAR TE VEGNA; id eſt, cancer morbus te inuadat, penitusque exedat odioſam iſtam vaniloquentiam tuam.

Nobilis vir, ludis publicis, de equi ſternacis ephippio excuſſus, rediit poſtridie in eamdem arenam cum lugubri inſtructu armorum, nigris nimirum phaleris, haſtâ, clypeo, & criſtis omnino atris: niſi quòd ſplenderet, in ferali clypeo, caſei vnius argentea figura; quæ litterâ maiuſculâ O inſcribebatur. Feſtiui hominis ingenium excitauit multos, ſi quomodo explicare Symbolum poſſent: nemo tamen aſſequi potuit quod erat: nimirum hominem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

adhuc pridiani infortunij memorem, exclamare, ò CASO DVRO! ô caſum acerbum ac durum!

Nubilem puellam procus aliquis, gemmam ipſi cognominem, & adiectam ei gemmæ paruulam ſoleam ex corio, cum interpoſitâ litterâ T, geſtans in galero, ita compellabat: MARGARITA, TE SOLA DI COR AMO. id eſt, Margareta, te ſolam ex corde amo. nam ſolea ex corio Italicè vocatur SOLA DI CORAMO. Tum riualis eius, retentâ gemmâ, & litterâ T, ſoleam auream fecit; ac fuit ſenſus, MARGARITA, TE SOL' ADORO, id eſt, te ſolam adoro: atque huius inſania, ad idololatriam trahens amorem, ceteroqui honeſtum ac nuptialem, ſi æſtimare ſit vtrumque Symbolum, cenſuram meretur; quâ neceſſe ſit aurum corio poſtputare.

Sed multò æquiùs oporteat execrari amentiam feminæ, quæ per annulum queſta ſe ab amaſio deſeri, in palâ foris adamantem falſum aptauerat, & in circulo annuli characteres intus Hebraicos ſcripſerat, vt hæc ſententia redderetur: DI AMANTE FALSO, PERCHE MI HAI ABANDONATO? id eſt, Dic ficte amice ac ſimulate, cur me deſerüiſti? Adamas enim Italicè appellatur DIAMANTE.

Sed vt prodeat aliqua huius generis latebra honeſtior,


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

neſtior, & prorſus Heroïca; venit in mentem clypei, quem præ ſe fert, in Bracciani arce, Virginius Vrſinus, cum inchoatâ eâ ſententia, LA VIRTV FA. Quoniam autem hæc inſcriptio eſt circa Germen



ſemper viuum, vt vocant, erit ſenſus; Virtus efficit, vt quis famâ & gloriâ ſemper viuat. LA VIRTV FA SEMPRE VIVO.

FERDINANDVS IV. Rex Legionis & Caſtellæ, quo die ſuos educere in aciem conſtituerat, adhortatus eſt, vt fortiſſimè dimicarent, propoſito vexillo




aut clypeo, in quo diademata erant, cum adſcriptâ voce Hiſpanicâ VALER: & ſententia hæc fuit, DIA DE MAS VALER; nempe dies adeſt, in quo maximè, ſi vmquam aliàs, eſt ſtrenuè dimicandum.


Vt admiſceam quoque Muſices aliquam harmoniam; quoniam de conſtituendo Rege Romanorum aliquando fruſtrà actum fuerat, quidam tractationem eam omnem ita complexus eſt.

Erat qui Cæſari tunc imperanti ita ſuadebat, vt Regem diceret:


id eſt,

 id eſt, FA RE; Fac Regem.

Erat, qui Regnum peteret, & is priori accinebat:

 hoc eſt, FA MI RE; Fac me Regem.

Cæſar ipſe ita excipiebat:

 nempe MI SOL RE; Ego ſolus Rex.

Demum iis notulis, alius ſubſcripſit verba, in hanc ſententiam: *Nobiles Cantores ij non ſunt concordes.* & reipsâ ſimul modulatè non cecinerunt: quia Regem dicere, alium à ſe, Imperator recuſauit.

CAPVT IV.

De Veterum ſcriptione clandeſtinâ.

VT omittam, quod inſinuauit Ouidius verſiculo illo,

Nil opus eſt digitis, per quos arcana loquaris;

quæram in præſentiâ, quonam pacto priſci homines, ſcribendo, fidem ſecreti cuſtodierint.

Aliquando, quæ ij exararunt, legi non poterant; niſi ſuper ſcriptionis occultæ notas, loco atramenti

aliquid

aliquid ſpargeretur. De quo artificio, idem Ouidius ita meminit:

Tuta quoque eſt, fallitq́ue oculos è lacte recenti
Littera : carbonis polline tange ; leges.

Idem præſtat Tithymalum, herba lactaria, quam vocant alij lactucam caprinam. *Narrant*, inquit Plinius, *lacte eius inſcripto corpore, cùm inaruerit, ſi cinis inſpergatur, apparere litteras : & ita quidem alloqui maluerunt, quàm codicillis.*

Lib. 26. *cap.* 8.

Vis eadem eſt lactis ficulneæ ; quo vtique inſcriptis humeris, mittebantur ſerui ad abſentes amicos: ne in viâ, quæ ſcripta fuerant, ipſimet legerent.

Agellius l. 17. *c.* 9.

Profundior latebra, & obſcurior fuit ; quâ Hiſtieus, in Perſiâ apud Darium agens, arcana neſcio quæ Ariſtagoræ in Aſiâ nuntiauit. Siquidem vernæ ſuo, diu ab oculis ægro, ſpecie medendi, capillum deraſit ; & cutem iis inſcripſit, quæ cupiebat amico eſſe manifeſta. Deinde domi eum attinuit, donec rurſus capillatus, in Aſiam mitti poſſet. Ibi Ariſtagoræ ſignificauit, heri deſiderium eſſe, vt ipſe etiam venienti capillum reſecaret. Is ergo interpretans hoc fruſtrà non exigi, morem geſſit ; legitq́ue in eius capite abſconditos admirando conſilio characteres.

Item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Item Pœnus quidam, vir illuſtris, pugillaria *Agel. ibidem.* noua, cerâque nondum illita, inſcripſerat iis quæ optauerat clanculum legi; mox eadem obducens cerâ, ad amicum, quaſi tabulas ſcripturæ primùm aptatas, ſubmiſit. Tum ceram omnem ille, conſcius ſecreti, extерſit; & in codice litteras incolumes ſublegit.

Attamen aliquando ipſa ſcriptio palàm erat; ſed *Agell. ibidem.* litteræ locum & poteſtatem alienam occupabant. Tales ambages repertæ ſunt, in libris Epiſtolarum Caij Cæſaris ad Caium Oppium, & ad Balbum Cornelium, qui res ipſius abſentis procurabant; nec in totâ tamen paginâ, ſed vbi magis ſecreto opus videbatur. Porrò ea erat teſſera, vt ſedem primæ litteræ quarta littera inſideret, & ſic deinceps fieret mutatio in hunc modum:

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	z
d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	z	a	b	c

Quocircà Caius Cæſar, ſi ſcribere voluiſſet illud: IACTA EST ALEA, TRANSIVIMVS RVBICONEM; vſus fuiſſet iis characteribus: NDFYD HXY DOHD, YVDQXNZNPZX VZENFRQHP.

Auguſtus verò, vt per latebram ſcriberet, ſecun-

dam litteram pro primâ, & ſic deinceps alias variauit:

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	z
b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y	z	a

Atque ita vt ſcriberet, FESTINA LENTE, immutaſſet characteres in hunc modum, GFTVLOB MFOVF.

Rationem aliam Lacedæmonij excogitauerant, in quâ retinerent ordinem litterarum, & impedirent nihilominùs, ne manarent cõſilia. Surculos enim duos, ambos teretes ac pares, aptabant, vt ex eis alterum Senatus, alterum Imperator ſeruaret in expeditionibus bellicis. Quoties autem ſecretiora ſcribere opus foret, Senatus ſurculum ſuum tegebat tenui loro, ſæpiùs circumducto, ita vt omnino partes eius coïrent: & tunc epiſtola, per tranſuerſas iuncturas exarabatur à ſummo ad imum, lorumq́ue exemptum Imperatori mittebatur; neque verò ſparſi apices in partes diuerſiſſimas, prodi ſecretum patiebantur. Imperator poſteà lorum ſurculo æquali circumponens, litteras colligebat rurſus, & epiſtolam legebat.

Cæl. Rodig. lib. 9. cap. 23. De Pythagoræ ſpeculo, & ſanguineis notis in eo impreſſis, quas in orbe Lunæ à tergo alius legerit, nihil attinet dicere; quoniam à fabulis & à præſti-

giis

giis abſtinere calamum, & proſequi vera, propoſuimus.

CAPVT V.

Quanam ſcriptione clandeſtinâ vtatur noſtra Aetas poſterior.

NImiùm fortaſſe coli hanc artem in noſtro æuo, queri poſſemus: & quod ad notas priores ſpectat, quæ aſpectum ludunt, videtur ad eas propemodum papyrus inuenta eſſe. Ita ſi alumen reſolues aquâ, & papyrum inſcribes; poſtquam hæc inaruerit, nullæ apparebunt notæ: ſed mox fient conſpicuæ, vbi epiſtola immaduerit intra purum laticem.

Ad ignem contrà leges, quæcumque pomi citrij, aut medici, aut cæpæ, aut omnium ferè acrium ſucco ſcripſeris: quòd ſi hoc egeris ſucco vuæ acerbæ, ſcriptura ante ignem referet eum colorem, quem vua maturior in vite habuiſſet; at quæ ſcripſeris ſale Ammoniaco, aquæ mixto, ad ignem nigros characteres ea repræſentabunt.

Si eadem papyrus aceto, adipe, gummi, aut lacte ficulneæ exaretur; oſtendet literas ſolùm aſperſa, vel exuſtæ paleæ, vel chartæ, vel carbonis polline: idem-

que eueniet in ſcyphis aut vitreis aut cryſtallinis, ſi ſcribantur gummi Arabico, intra aquam reſoluto.


Adhæc hirci adipe lapis inſcriptus, & in acetum aliquamdiu merſus, characteres anteà occultos exhibebit adeò manifeſtos, vt extare & quaſi ſculpti eſſe videantur.

At cùm ſcriptura ſe prodit quidem, ſed celat tamen ſententiam, tot iam ineuntur clandeſtinæ ſcriptionis artes ac formulæ (ſiue ex litteris, ſitu earum variante, ſiue ex numerorum notis id fiat) quot recenſere nemini vni liceat.

Teſſeram excogitauit nouam tutiſſimamq́; Erycius Puteanus, clariſſimus Vir, & veræ elegantiæ Louanij Præſes: & poſt Epiſtolas, inſtar corollarij, edidit ſchema ſuæ huius Cryptographiæ. Cauta inprimis, & ſurculo Lacedæmonum non abſimilis, mihi videtur norma ea ſcribendi, in quâ vti characteribus ordinariis liceat; ſed interſcribenda ſunt alia quæ ſenſum abrumpant, & quæ ab amico, cui mittitur epiſtola, legi non debeant, verùm vti parerga, quippe ad verum ſenſum occultandum tantummodò vtilia, præteriri. Schema duplex paretur, habeatq́ue intercisa in lineis ſpatia, nunc maiora, nunc minora, ſed ex æquo tamen, vt ſimillimum ſchema

vtrumque

vtrumque ſit; & alterum is, qui ſcripturus eſt, retinebit, alterum amico abeunti tradet. Cùm erit ſcribendum, membranæ aut paginæ ſchema ſuperponetùr; & vbi abſciſſa interualla papyrum oſtendét, ibi ſcribentur ea, quæ legi ab amico debuerint. Spatia poſtmodum alia, ſchemate ſublato, ſuppleri verbis poterunt, quæ ſententiam diuerſam alteri cuiuis epiſtolam intercipienti propinent. Ita ſi fuerit hoc



ſchema; tum ex ciuitate obſeſsâ, in hunc modum ad eos, à quibus liberationem ſpero, diſſimulanter ſcribam:

Nobis Hoſtis contemptui eſt ad ludibrium vſque: muros ipſe verberat tenuiter: nos econtrà illos fortiſſimè tuemur. Etiamſi tu cũ nouis copiis huc non veneris, omnes victores, aut inuicti futuri ſumus.

Vera tamen ſententia epiſtolæ illa erit, quam alterum ſchema, ſcripturæ ſuperpoſitum, per abſciſſa ſpatia linearum, quaſi per feneſtras aperuerit, nempe:

Hoſtis est ad
muros tenuiter nos illos
tuemur ſi tu non
veneris,omnes uicti ſumus.

Sicut autem, qui caruiſſet altero,id eſt ſimili penitus ſurculo, legere Lacedæmoniorum epiſtolam nequiuiſſet,tametſi artem non ignoraret: ita nec legetur epiſtola, quamdiu ſchemate ſimili non licuerit vti; præſertim ſi ſecta ſyllabatim verba ex vno interuallo, cum verbis interualli alterius coëant; ac dictionem nouam, quæ in litteris tota non fuerit, componant.

Similem alium modum eidem ſurculo ſuggeſſit Erycius Puteanus, dum Louanij nuper ei aderam: nempe vt ſupra bacillos duos litterę omnes,manente aut variante ordine, diſponantur iiſdem omnino ſpatiis: tum alterum bacillum retineat in ciuitate amicus, alterum efferat amicus alius, qui ab eo digreditur.Si ſecretò ſcribere oporteat,ſumetur album filum, & ab initio bacilli extendetur vſque ad primam litteram, ex quâ epiſtolam libuerit auſpicari; tum nodulo ibi facto, aut impreſsâ tenui notulâ atramenti, hinc rurſus filum ducetur ad ſecundam litteram,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

litteram, & ſic deinceps. Filum poſteà inſtar glomi amico ſubmittetur, & is eo epiſtolam requiret, legetq́ue vniuerſam in bacillo ſuo.

Vt modum alium etiam proponam atque expendam, luſit ingenioſè Famianus Strada Magiſter meus (in eâ Proluſione Academicâ, in quâ vel vnus eius genius omnium Poëtarum felicitatem aſſequi videtur) dum Lucretij ſtylum imitans, rationem quamdam alloquendi abſentes amicos, abſque epiſtolis & abſque internuntiis, ita deſcripſit:

Magneſi genus eſt lapidis mirabile: cui ſi
Corpora ferri plura, ſtyloſque admoueris, inde
Non modò vim, motumq; trahet, quo ſemper ad Vrſam,
Quæ lucet vicina polo, ſe vertere tentent:
Verùm etiam mirâ inter ſe ratione modoq́ue,
Quotquot eum lapidem tetigere ſtyli, ſimul omnes
Conſpirare ſitum motumq́ue videbis in vnum.
Vt ſi fortè ex his aliquis Romæ moueatur,
Alter ad hunc motum, quamuis ſit diſſitus longè,
Arcano ſe naturai fœdere vertat.
Ergo age; ſi quid ſcire voles, qui diſtat, amicum,
Ad quem nulla accedere poſſit epiſtola: ſume
Planum orbem, patulumq́ue, notas elementaq́ue prima
Ordine, quo ſcribunt pueri, deſcribe per oras

Extremas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20


Extremas orbis, medioque repone, iacentem,
Qui tetigit magneta ſtylum; vt verſatilis inde
Litterulam quamcumque velis, contingere poſſit.
Huius ad exemplum, ſimili fabricaueris orbem
Margine deſcriptum, munitumque indice ferri,
Ferri, quod motum magnete accepit ab illo.
Hunc orbem diſceſſurus ſibi portet amicus,
Conueniatque priùs, quo tempore, queiſve diebus
Exploret; ſtylus an trepidet, quidve indice ſignet.
His ita compoſitis, ſi clàm cupis alloqui amicum,
Quem procul à tete terrai diſtinet ora;
Orbi adiunge manum, ferrum verſatile tracta.
Hîc diſpoſta vides elementa, in margine toto:
Queis opus eſt ad verba notis, huc dirige ferrum;
Litterulasque, modò hanc, modò & illam, cuſpide tange:
Dum ferrum per eas, iterumque iterumque rotando,
Componat ſingillatim ſenſa omnia mentis.
Mira fides; longè qui diſtat, cernit amicus,
Nullius impulſu, trepidare volubile ferrum,
Nunc huc, nunc illuc diſcurrere. Conſcius hæret,
Obſeruatque ſtyli ductum, ſequiturque legendo
Hinc atque hinc elementa: quibus in verba coactis,
Quid ſit opus, ſentit, ferroque interprete diſcit.
Quin etiam, cùm ſtare ſtylum videt; ipſe viciſſim,

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Si quæ reſpondenda putet, ſimili ratione,
Litterulis variè tactis, reſpondet amico.

Superuacanea videri poterit figura huius commenti: ſed eam adiiciam tamen, vt ab aliis queat conferri cum ipſo carmine, in quo idem commentum ad-



cò graphicè deſcribitur. Si res hæc ad Philoſophiæ ſeueriorem trutinam vocetur, quidnam erit ſentiendum, aut definiendum? Scio magnetis lapidis effecta prorſus admiranda eſſe, atque ex illius virtute prodire ſemper aliquid noui. Sic Leodij nuper, in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Collegio Anglorum noſtræ Societatis, P. Franciſcus Linus, Magiſter Matheſeos, excogitauit feliciſſimè



orbem, qui intra phialam in circumfuſæ aquæ centro (ſicut in circumfuſo aëre tellus) hęret ſecreto ſuę mo-

lis

lis libramento. Sed conuerſionem cęli tamen ab Ortu in Occaſum, arcanâ vi, & veluti quodam amore, conſectatur, ſpatioq́; viginti quatuor horarum omnino circumagitur. Piſciculus intereà indicis loco eſt, & quaſi nandi peritus, ac libratus pondere ſuo, prætereuntes horas veluti admirans deſignat roſtro, easq́ue oculis defixis intuetur. Motâ phialâ, ſi aquæ impetus detur, mox iter ſuâ ſponte orbis releget; penitusq́ue ratio temporis conſtabit, poſtquam tranquillitas redierit. Indicem quoque in phialâ conſtituas, & indicabit perinde horas. Sed & Solem finge in eodem orbe; verum Solem in Ortu, Meridie, Occaſu ſequetur: atque adeò è ſede ſuâ excuſſus, requiret illicò & repetet ſtationem ſideri conſentaneam. Tantùm plus nimio adproperabit, quia neſcit amor tarditatem: nihilominùs, dum aliquoties tranſiliet, reſilietq́ue, demum obtinebit locum, ex quo citra errorem, Solis comes denuò ibit.

Vt redeam ad modum propoſitum alloquendi amicos abſentes, cùm fatear, vt dixi, magnetis vim admirandam eſſe, fictum id & inane commentum iudico: atque eadem ſententia eſt Nicolai Cabei Scriptoris noſtræ Societatis; qui oſtendit apertis rationibus, nec ſponte magnetem præterire vm- *De Philoſoph. magnet. l.4. c.10.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

quam mundi latus, ad quod ſemper rapitur; nec ferreas acus, ſpatiis regionum diſſitas, eâ vi eoque conſenſu poſſe inuicem agere ſeu moueri. Alioqui commoda eius inuenti, Petrus Bembus, vti à Pontificijs epiſtolis fuerat, commendaſſet meritò in iis verſibus:

In eadem Famiani Proluſione.

O vtinam hæc ratio ſcribendi prodeat vſu!
Cautior & citior properaret Epiſtola, nullas
Latronum verita inſidias, fluuioſque morantes:
Ipſe ſuis Princeps manibus ſibi conficeret rem:
Nos ſoboles ſcribarum, emerſi ex æquore nigro,
CONSECRAREMVS CALAMOS MAGNETIS AD ORAS.

CAPVT VI.

De Indiciis varijs tempore belli.

De Milit. Rom. l. 5. Dialog. 9.

Miratur Iuſtus Lipſius, nunc ignorari vel negligi indicia illa, quorum vſus olim in bello fuit; vſurpari verò alia minùs certa, & magis moleſta.

Suidas ait, Phryctos vocari à Græcis, faces è ligno; quas miles circumferebat per mœnia, vt ſignificaret, hoſtes an ſocij aduenirent: ſed eo diſcrimine,

vt

vt quando aderant ſocij, faces quietas oſtentaret; quando ingruebant hoſtes, quateret eaſdem agitaretque.

Scipio ad Numantiam, conſtitutis & diuiſis caſtris, præceperat Tribunis, ſi quam ſtationem inuaſiſſet hoſtis, hoc interdiu rubro panno in haſtâ, & noctu igne indicarent. *Appian. in Ibericis.*

Vegetius etiam ait, vſitatum id fuiſſe, vt quando erant ſeparatæ legiones, ſignificatio fieret fumo per diem, & per noctem flammis.

Omitto vaſa, & ſuberis beneficio in eis natantes ignes, inſtar lampadarum; qui nimirum manante & ſubſidente aquâ depreſſi, ſociis abſentibus patefacerent, quæ ſcire ipſos intererat: nempe aſſultare in campis equitem, aut adeſſe pedeſtres & graues copias, aut claſſem hoſtium appelli, aut annonam importari. Omitto, inquam, hæc vaſa, & eos ignes: quia Polybius ipſemet fatetur, ea fuiſſe inutilia; cùm non *Lib. 10.* poſſent indicare, niſi tantùm illa, de quibus anteà conuenerat. Secùs alia inopinata, vt ſi conſpiraſſent ad defectionem ciues, ſi fuiſſent diſcordes Duces, ſi horrea conflagraſſent, indicare non potuiſſent.

Cleoxenes & Democritus excogitarunt modum *Polyb. ibidem.* omnia exprimendi, accenſis funalibus: quod vt fie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ret, tabellæ duæ ſimiles erant parandæ , & in eis ita diſtribuenda elementa , vt horum eſſent quatuor claſſes ; atque rurſus in ſectiones quinas claſſis quælibet diuideretur.

a	f	m	r
b	g	n	s
c	h	o	t
d	i	p	u
e	l	q	x

Si alteram tabellam itaque ij qui obſiderentur, alteram ij habuiſſent, à quibus auxilia ſperabantur , tunc debuiſſent diſponi accenſæ faces à dextris quaternæ , vt claſſes litterarum , à ſiniſtris verò quinæ,vt litterarum ſectiones monſtrarentur. Quocircà ſi momentum aderat , in quo adoriri collatis viribus circumuallationem hoſtium obſeſſi & ſocij decreuerant; obſeſſi ſociis dixiſſent, VENITE , attollendo primùm à dextris quatuor faces , ac totidem à ſiniſtris , vt fieret V. mox à dextris vnam facem , & à ſiniſtris quinque, vt E. haberetur : tum à dex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

dextris tres, & à ſiniſtris duas, vt exprimeretur N. poſtmodum à dextris duas, & quatuor à ſiniſtris, vt notaretur I. dein à dextris quatuor, & tres à ſiniſtris, vt T. formaretur; demum à dextris vnam, & à ſiniſtris quinque, vt clauderet dictionem littera E.

Id ſuccederet quoque interdiu noctuque, ſi nolæ duæ, ſono diſpares, litterarum claſſes & ſectiones eodem modo enuntiarent: nam faces interdiu non apparent, & noctu à ventorum flabris extingui poſſunt.

Quin etiam quia excitatus de induſtriâ clamor militaris, poſſet æris Campani ſonum confundere, ne à ſociis abſentibus audiretur; conferent ad eumdem vſum tubi papyracei, farti puluere pyrio; ſi eâdem lege, ac de facibus dictum eſt, vel à dextris, vel à ſiniſtris vibrentur totidem, quot faces, ſublatæ hinc atque illinc, claſſes aut ſectiones litterarum indicare alioqui potuiſſent: ac per eos tubos accenſos noctu fiet ſignificatio, ſeu ventus fuerit, ſeu ſtrepitus.

Vt ad faces redeam, quinque adhuc ſat erunt ad arcanam locutionem; ſi in hunc modum litteræ diſponantur, atque inſuper ſi ita ipſæmet faces va-

rio

a	e	i	o	s
b	f	l	p	t
c	g	m	q	u
d	h	n	r	x

rio flexu & motu agitentur. Vna enim fax erecta erit A. depreſſa erit B. vibrata in dexteram erit C. in læuam reflexa erit D. Sic bínæ faces dabunt E. F. G. H. ternæ verò I. L. M. N. quaternæ item O. P. Q. R. quinæ demum S. T. V. X. Quinque igitur faces in dexteram motæ, duæ ſublatæ, tres in ſiniſtram flexæ, tres item elatæ, quinque depreſſæ, & rurſus duæ ſublatæ, dicerent ſociis, Venite.

Quòd ſi ſuſpicio ſuboriatur, ne hoſtis poſteà obſeruet loquentes; tunc, vt non emanent conſilia, litteræ in ſectionibus ordinentur aliter ac fit in Alphabeto, & ſociis detur tabella cum ſimili litterarum partitione: atque ita tutior erit latebra, hoſtiſq́ue omnis induſtria eludetur.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT VII.

Modus tranſmittendi epiſtolas tempore belli.

AVes tabellariæ, ac per cælum euntes nuntij, obſeſſis in omni ætate vſui fuerunt. Sic Hircius Conſul ſcripſit ad Decium Brutum, dum is ab Antonio Mutinæ obſideretur. Et ideò, *Nihil vallum*, inquit Plinius, *& vigil obſidio, atque retia amne prætenſa profuere Antonio, per cælum eunte nuntio.* Sic obſidentibus Chriſtianis Ptolemaidem, quia Saladinus epiſtolâ columbulæ alligatâ, hortabatur obſeſſos ad conſtantiam, & vt ſuppetias expectarent, auem interceperunt noſtri, ac mox dimiſerunt cum litteris aliis contrario argumento ſcriptis; quocircà illi, deſperatis auxilijs, deditionem fecerunt. Sed Iuſtus Lipſius de Tyro id narrat. Nuper etiam, Siluam-Ducis columbæ aliquoties (ad vicinos pagos priùs delatæ intra caueam) ſunt regreſſæ cum litteris. Et in eum finem conducit, tempore pacis, ac re tranquillâ, vel etiam imminente obſidione, illas exportare identidem, & condocefacere vt ad nidulum redeant.

Varro ait, Patresfamilias conſueuiſſe olim, cùm per vrbem itarent, mites & domeſticas eas aues ſecum efferre, vt nuntias cum tabellis domum remitterent, & quid facto opus, indicarent.

Marrhes Ægyptius Rex cornicem cicurem habuit, eâque tamquam fideli tabellariâ diu eſt vſus; vt curauerit propterea mortuam ſepeliri honorificè, ac tumuli honore ipſam etiam decorauerit.

Demum hirundines quoque inſtrui poſſunt, vt vltrò citroque codicillos ferant. Aiunt tamen, aues has omnes, militum clamore, & caſtrorum barritu, detrahi è cælo, non tam hiante aëre, vt reor, quàm ſtrepitu magno pauefactas. Fortaſſe ideò quæſiti olim fuerunt alij per cælum euntes nuntij, qui abſque eo metu vel periculo epiſtolas certiùs perferrent. Hæ nimirum erant vibratæ in ciuitatem obſeſſam ſagittæ: ſeu quæ inſcriptum haberent, quid ſpei ſupereſſet; quo pacto Cleomenes Lacedæmonum Rex, militibus ſuis mandauit, vt coniicerent ad Socios obſeſſos tela cum hac Epigraphe: VENIO, VT VRBEM ASSERAM IN LIBERTATEM: ſeu quæ ferrent alligatam epiſtolam; neque aliter Cæſar ſpem fecit liberationis Ciceroni à Gallis obſeſſo: nam intempeſtâ nocte iuſſit, vt miles propiùs ad mœnia ſuggre-

ſuggrederetur, & iaculum immitteret, cum epiſtolâ in hanc ſententiam, CAESAR CICERONI FIDVCIAM OPTAT, EXPECTA AVXILIVM: & reipsâ vrbem paullò pòſt liberauit.

Poſſent iam quoque tormentorum miſſiles globi, ſecti in partes duas vt epiſtolam includant, & clauſtro idoneo dein conſtricti, ad deſtinatum locum traiici; nempe intra ſociorum caſtra, vel ab iis in foſſam & pomœrium ciuitatis obſeſſæ; vt accepti apertique arcana enuntiarent: neque ars vibrandi eos abſque damno & abſque iniuriâ, deeſſet.

Sed ne omnino prætercam euntes etiam itinere terreſtri tabellarios; quid ſi canes conſuefierent, vt abditas in collaris corio epiſtolas ferant? Apti ſunt certè ad eam ſolertiam: cùm narret Iuſtus Lipſius, canem fuiſſe Louanij, qui epiſtolas heri ſui curſim inde Bruxellas perferebat, referebatque reſponſa, eodem die. *De ſolertiâ canum.*

Addámne receptos in hominum viſcera codicillos, & perlatos ita occultè, vt fruſtrà fuerit omnis induſtria hoſtium excutientium penulam, imò ipſam interulam, tabellarij? Globulos ex ære graui Medici præſcribunt pro voluuli curatione, vt hi nimirum accepti ore, & tranſmiſſi in aluum, internodia, qui-

bus letalis ille morbus ilia interſtringit, euoluant, ac ſoluant pondere ſuo. Conſtans fama eſt, eiuſmodi globulos argenteos, ſed ita aptatos, vt reſerari poſſent, & epiſtolam intus continerent, non ita pridem, dum Rupella & Traiectum obſiderentur, datos latori deglutiendos; eiq́ue iniunctum, vt cùm veniſſet ad ſocios, hauſto pharmaco, quò eos citiùs egereret, epiſtolam eximeret, traderetq́ue. Hanc tamen ſecreti viam ignorare honeſtas ac dignitas epiſtolæ potuiſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

DE SYMBOLIS HEROICIS LIBER QVINTVS, ET IN EO DE EMBLEMATE.

DE pictâ eâ Poëſi ſermonem inſtituo; quæ Auctorem præcipuum habuit Andream Alciatum, Virum Iuris humani ac ſimul eruditionis amœnæ ſcientiſſimum.

CAPVT I.

Emblematis nomen explicatur.

OBtinuit meritò hæc noua Poëſis nomen antiquum; quia digna eſt antiquis & Heroïcis temporibus. A verbo Græco ἐμβάλλω, cuius ſignificatio eſt eadem atque *inſerere* ſeu *iniicere*, deriuatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

vox Emblema, congruitque iis clauiculis ac ſigillis, quæ ita inſeruntur aureis vaſis argenteiſque, vt eximi etiam poſſint. Emblema igitur vocabulum honoris atque ornamenti ſemper fuit.

Act. 6. M. Tullius, Verrem, ait, ex vaſis, quæ iuſſerat perferri ad ſe, cruſtas atque emblemata extraxiſſe, atque Haluntinos, excuſſis deliciis, cum argento puro remiſiſſe. Sed & addit de eodem euerriculo Siculæ Prouinciæ, ipſum emblemata, quæ vellerat ex thuribulis & patellis, ita ſcitè in aureis poculis illigaſſe, itaque aptè in aureis ſcyphis incluſiſſe, vt in illam rem nata eſſe viderentur.

Significat etiam Emblema, quodcumque opus *In Bruto.* vermiculatum. *Nullum*, inquit M. Tullius de M. Calidij Oratione, *niſi loco poſitum, & tamquam in vermiculato emblemate ſtructum verbum, videres.*

Sueton. in Tiberio. Tametſi verò Tiberius Princeps, nimio ſtudioſior Romanæ linguæ, vocabulum hoc Emblema, vti peregrinum, faſtidierit, cenſueritque expungendum ex quodam decreto Senatus; manſit nihilominùs, tum quia Latio illud pepererat Parens Romanæ eloquentiæ M. Tullius, tum etiam quia illud anteà inſtar ornamenti in Romanum ſermonem inſeruerat Poëta, cuius verſiculos refert idem Marcus Tul-

Tullius, agens de idoneâ collocatione verborum: *3. de Orat.*

Quàm lepidè lexeis compoſtæ, vt teſſerulæ omnes,
Arte pauimento atque emblemate vermiculato!

CAPVT II.

Quid Emblema ſit, & quæ ſint illius partes.

POſſet Emblema ita circumſcribi, vt ſit Symbolum ingenioſum, ſuaue, ac moratum, conſtans ex picturâ & breui carmine, ac ſententiam aliquam grauiorem complectens. Eius itaque partes erunt Pictura, & breue Carmen: Lemma autem, quod Alciatus ei ſæpenumerò ſuperſcripſit, ſatis conſtat, partem eius non cenſeri, ſed omitti poſſe. Ita Epigrammatis pars non erant inſcriptiones; de quibus Martialis: *Lib. 14. Epigr. 3.*

Lemmata, ſi quæris, cur ſint adſcripta, docebo;
Vt, ſi malueris, lemmata ſola legas.

Pictura & Metrum in hoc genere Poëſeos vſurpantur ideò, vt quoniam pars videtur eius Philoſophiæ quæ ad mores pertinet, continetq́ue ſemper admonitionem aliquam (admonitio enim eſt morum medicina) condiatur picturæ ac metri ſuauitatibus atque deliciis, quò ita ſine nauſeâ ab ægro animo accipiatur.

Phar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Pharmacum propinat quis in ſcypho aureo, nemuſculis,leunculis, geniolis inſtructo:hic ornatus in Emblemate noſtro pictura erit. Dein ſcyphi eiuſdem labro ſuccum addit dulcem ac ſuauem, vt caſtiget infuſam amaritiem: hoc in eo erit metri ſuauitas & dulcedo carminis: & hoc pacto admonitio, quæ eſt vt plurimùm triſtis atque inamœna, propinabitur ſapientiùs, ſeruabiturque illud;

Horatius de Arte Poët.

Et prodeſſe volunt, & delectare, Poëtæ.

Picturæ nomine,in hac poëſi,comprehendimus omnem figuratam expreſſionem alicuius rei, ſeu in tabulis,ſeu in ære,ſeu in marmore.Nec iudicamus neceſſarium,vt vnum Emblema ſemper plures figuras contineat: etſi enim hoc exigit in eo Lucas Contile, ſuadet, vt aliter ſentiamus, Alciati auctoritas: nam etiam vnius iconis emblemata compoſuit, in quibus nec voluptas deſideratur, nec admonitio.

Ceterùm ab argumenti inopiâ metuere non oportet; quia Emblematum ſcriptori materiam vberem ſuppeditabunt ſemper Hiſtoriæ omnes, Poëtarum commenta, Apologi, Hieroglyphica, virtutesque & poteſtates germinum atque gemmarum.

Metri genus nullum præſcribitur, & nullum etiam proſcribitur; ſeu verſus Elegi, ſeu Lyrici, ſeu Epici,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Epici, ſeu Dramatici placuerint. Menſura ipſa carminis ea ſit, vt dicatur quantum opus eſt, quantum ſatis eſt, ferè ad normam Epigrammatis. Curandum erit tamen, vt quod pictura proponit, id pariter metro, citra faſtidium, explicetur. Iam, vt quæ inſinuaui hactenus, ea in alterâ Emblematis deſcriptione contineantur quàm breuiſſimè, Emblema erit ſuauis expoſitio rei veræ, vel fictæ, conſtans picturâ & metro, ac vim habens admonendi. Sic enim Oratio, eſt ornata & grauis elocutio, vim habens perſuadendi.

CAPVT III.

Quænam admonitio ſit Emblematis propria.

ALiter Ægyptiorum Hieroglyphica, aliter Pythagoræ Symbola, aliter Æſopi fabellæ admonent, ac mores inſtruunt; hoc eſt, modum habent peculiarem ac diuerſum id præſtandi, ex eóque differunt: quemadmodum ſunt diſſimiles artes, Cælatoria, & Fuſoria; quoniam illa cælando & feriundo, hæc liquando ac fundendo, Alexandrum aut Bucephalum imitatur. Emblema etiam modum habet proprium admonendi, dum vtitur nimirum picturâ & metro; efficitque vt admonitio, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

eſt ſponte amarior, temperetur ac reddatur mitior dulciorque.

Porrò Emblema admonet aliquando apertè ac palàm. Sic Alciatus ad ſimulacrum caſtæ Veneris, opus Phydiæ, cuius Veneris alter pes teſtudinem animal premebat, hos adſcripſit verſus:



Plutar. in Iſid. & Oſirid.

Alma Venus, quænam hæc facies, quid denotat illa
Teſtudo, molli quam pede Diua premis?
Me ſic effinxit Phydias, ſexumque referri
Femineum noſtrâ iuſſit ab Effigie.

Quodq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Quodq́ue manere domi, & tacitas decet eſſe puellas,
Suppoſuit pedibus talia ſigna meis.

Teſtudo enim, quam Pacuuius Domiportam appellauit, ſemper domi eſt; atque inſuper, vel linguâ ipſâ vel linguæ vſu ac ſono caret.

Sed aliquando etiam Emblemati ſolùm tacitè ineſt admonitio. Ita idem Alciatus, naturam Camæleontis verſicolorem ad adulatores iis verſibus transfert:



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Semper hiat, ſemper tenuem, quâ veſcitur, auram
Reciprocat Camæleon,
Et mutat faciem, varios ſumitque colores;
Præter rubrum, vel candidum.
Sic & adulator populari veſcitur aurâ,
Hianſque cuncta deuorat :
Et ſolùm mores imitatur Principis atros,
Albi & pudici neſcius.

Dum verò hæc ait, tacitè admonet, aſſentari, eſſe vitium ignobile ac ſeruile : quod tamquam veri amoris venenum, ac peſtis amicitiæ, debeat vitari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

DE SYMBOLIS HEROICIS LIBER SEXTVS, ET IN EO DE VI ET NATVRA SYMBOLI HEROICI.

DAbimus nos iam in adyta operis præcipui; & priùs naturam eius adumbrabimus, mox eamdem pleno & toto lumine clariùs & liquidiùs contemplaturi.

CAPVT I.

Quid ſignificet Italica vox Impreſa.

HOnoratiſſimum hoc nomen deprimere ad humilitatem artis, quæ Symboli Heroïci miniſtra eſt, eique, vt poſſit prodire, ancillatur, viden-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Iul. Cæſ. Capac. l.1.c.7. tur omnes ij, qui credunt hanc vocem Italicam *Impreſa* deriuari, vel à Latino verbo *Imprimere*, propter-eà quòd imprimatur (quemadmodum Deorum ali-*Cic. 2. de Diuinat.* quis olim dictus eſt Aius, quoniam aiebat, & loquebatur) vel ab Italico verbo *Imprendere*, in eâdem ſignificatione figurandi imprimendique: ſi hanc tamen obtinet, apud Hetruſci ſermonis Arbitros & Magiſtros. Cedò enim Auctorem, qui voce, vt loquuntur Grammatici, *ſubſtantiuâ*, rem imprimi ſolitam, appellauerit vmquam *Impreſſa*; ex quo dein vocabulo, demptâ vnâ litterulâ, manſerit *Impreſa*.

Potiùs in præliis quàm in prælis inuenietur eadem vox; ita vt ſonet rei arduæ ac laudabilis ſuſceptionem, oriaturque à Verbo Italico *Imprendere*: cùm ſignificat, honeſtè quidpiam aggredi, vel moliri.

Nec aliud opinatur Scipio Bargalius, dum eam vocem ait ſonare idem, atque in idiomate Gallico, *Entrepriſe*. Quamquam ipſe originem eius ex Galliâ iure non repetit: nec enim eſt Italia tam inops, vt neceſſe habeat peregrinari, & nomina rebus ſuis alibi quærere.

Rectiùs aſſumit Paulus Areſius, hoc vocabulum *Impreſa* eſſe omnino Italicum; ex eoque infert, Symbola

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

bola Heroica ab Italis fuiſſe inuenta: quemadmodum etiam Ariſtoteles infert, Comœdiam eſſe inuentionem Doricam; quia eſt Doricum vocabulum eius.

Porrò ſicuti Auguſtus dici non potuiſſet aliquid aggredi ſeu moliri, quando metu Solis etiam hiberni petaſatus domi ſub dio ſpatiabatur; quæ res finitima otio fuit, & laude caruit; ſed quando Rempublicam ordinabat, vel Ianum pacato Imperio claudebat: ita ſemper eâ dictione, *Impreſa*, grande aliquid exprimimus; vti, *far l'impreſa di Terra ſanta*, hoc eſt, ſuſcipere expeditionem in Terram ſanctam: nec eam vſurpamus pro re quæ poſſit dedecori eſſe, vel ex quâ nihil aut parum laudis promereri videamur. *Sueton. in Auguſto.*

CAPVT II.

Quonam modo poßit Latinè reddi eadem Italica vox Impreſa.

QVia idem nomen ſortiuntur, ipſa rei præclaræ ſuſceptio, & eius ingenioſa explicatio; de hac in præſentiâ quærimus, quemadmodum exprimi Latinè poſſit.

Schema,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Schema, Phrenoſchema, Epicherema, Symbolum, Signum, Inſigne, Argumentum, Teſſera, vel ſunt Græca nomina, vel Latinitati quidem ſeruiunt; ſed totam pulchritudinem ac dignitatem eius vocabuli auribus non proponunt.

Id etiam eſt cauſæ, cur nec omnino placeat nomen figurati Epigrammatis; quod ei nuper dedit Alexander Donatus è Societate noſtrâ, in ſuis de arte Poëticâ eruditis Commentariis. Præterquàm quòd ea appellatio poſſet transferri quoque in Alciati Emblemata, quæ conflantur ex figurâ & epigrammate, ſeu breui carmine: decet autem nomina quoque rerum diſtare, quando res differunt.

Lib. 3. cap. 32.

Quocircà inducor equidem, vt quod eſt Italicè *Jmpreſa*, Latinè id appellem *Symbolum Heroïcum*. *Symbolum* quippe, aut ſolam figuram, aut lemma ſolum, aut vtrumque ſignificat. Et dum addo *Heroïcum*, aſſequor vim ac dignitatem vocabuli: quoniam, vti aiebam, ſemper ea vox *Jmpreſa* rem ſonat laudis & famæ compotem; honoriſque appellatio ea iudicatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT III.

Quo primùm tempore prodierint hæc Symbola Heroïca.

AN repetere ſit hæc Symbola ab Arturo Britanno Rege, an à ſeptem Ducibus ad Thebas, an à magis priſcâ origine; diſquirant & definiant ij, qui ſemper æui ſui faſtidiunt gloriam, & arbitrantur nihil poſſe promi præclarum aut magnum, quod Pilumni & Venaliæ non interfuerit ætati.

Ego veſtigia eorum aliqua extare apud Veteres, adeò non diſſimulem, vt imò ea proferam. Sint omnium inſtar duo, figurata ſimul & diſerta: nempe in ſcuto Capanei Vir cum tædâ, & cum Epigraphe, *Æſchyl. in Tragœd.* COMBVRAM VRBEM. & in ſcuto Etheoclis Vir item cum ſcalâ, vt arcem inſcendat, & cum adſcripto clamore, in hæc verba: NEC MARS QVIDEM REPELLET. *Ibidem.* Figuram vtriuſque ſequens pagina oſtendet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Sed hæc Symbola, cum figurâ ſimul & lemmate, apud antiquos Scriptores adeò ſunt rara, vt eorum aliud par apud ipſos ægrè ac vix reperias. Sunt præterea imperfecta; neque iis legibus ac præceptis concinnata, quæ in ipſis conſtruendis ingenium errare non patiantur.

Cùm autem hæc præcepta & has leges excogitaſſe, ſit Heroïca Symbola inueniſſe, ſit præſcripſiſſe normam & perfectionem eorum: hinc poteſt meritò noſtra Ætas, quæ eas leges & ea præcepta primùm excogitauit, de illorum inuentione felici gloriari.

CAPVT IV.

Quanam ratione poßint hæc Symbola Heroïca circumſcribi.

ADducam in medium Auctores varios, vt dicant ſententiam, veluti coacto Senatu: nec eorum quemquam primum, aut proximum præ aliis, niſi ex nominis ordine rogabo.

Adrianus Politus ait, Symbolum Heroïcum eſſe conſilium animi, quod exprimitur comparatione vnius lemmatis, & vnius corporis figurati.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

De Arte Poët. l. 3. cap. 32.

Alexander Donatus è Societate noſtrâ, ait, in Symbolis his figuram, accedente verborum notâ, certam repræſentandi facultatem adipiſci; & fieri velut ex duobus conflatum corpus, quod nanciſcitur vim vlteriorem ſignificandæ actionis in altero, cuius gratiâ excogitatum Symbolum fuerit. Et paullò pòſt ait ipſum eò tendere, vt per ſpectatam ſimilitudinem, quidpiam mente conceptum, præclarâ inuentione ſignificetur.

Hercules Taſſus exiſtimat, conſtare neceſſariò Symbolum Heroïcum ex figurâ, vel naturali (humanâ tamen ſublatâ) vel artificiali; & ex verbis aliquot, ſeu propriis, ſeu tranſlatis: quæ duo ſeorſim accepta nihil inferant, iuncta verò inuicem exprimant; non dotem vllam quidem ipſius figuræ, ſed conſilium illius qui Symboli fuerit Auctor.

Iulius Cæſar Capacius, Symbolum Heroïcum ait expreſſionem eſſe, quæ ſit ſpecie alicuius rei naturalis eleuatæ, vt ipſe loquitur, ſupra naturæ propriæ ſignificationem: vt fiat ſignificatio alia nobilior occulti conſilij, quod ipſe Symboli Auctor iniecit.

Lucas Contile Symbolum Heroïcum modò ait eſſe compoſitionem figuræ ac leminatis, quæ repræſentet conſilium virtutis magnanimæ; modò eſſe ex-

preſſum

preſſum deſiderium aliquid moliendi ad immortalis famæ acquiſitionem: modò eſſe ſuſceptionem rei arduæ, ac teſtimonium præclari & generoſi conatus. Exiſtimat verò in figurâ ſemper reperiri debere ſimilitudinem; & debere lemmate ipſo deſignari dotem eam peculiarem figuræ, ex quâ ſimilitudo hauritur. Quin imò in eiuſmodi Symbolo putat illuſtrem promiſſionem contineri, quâ ſuam Auctor obſtringit fidem ad id præſtandum, quod in eo ſpondet, ac veluti pollicetur: atque adeò lemma exiſtimat eſſe promiſſionis eiuſmodi ſtipulatorem, fidei-iuſſorem, ſigillum, & teſtem etiam iuratum.

Nicolaus Cauſſinus è Societate noſtrâ, cùm dixiſſet, Symbolum Heroïcum (quod Emblema ipſe appellat) eo differre ab Ænigmate, quòd ſublatis velis rem puriùs ac liquidiùs proponat; affirmauit ipſum propriè eſſe Symbolum aliquod ingenioſum, ſuaue ac moratum, ex picturâ & lemmate conſtans; quo aliqua grauior ſententia indicari ſolet. De quo autem Symboli genere loquatur, ſtatim exemplo indicat: *Si velis*, inquit, *ſignificare*, *patientiam rebus aduerſis illuſtrari; tum depingas Ceranniam gemmam, quam aiunt in locis dumtaxat fulmine ictis inueniri, inter fulgura, Cælique tumultus, ſuauiter emicantem;* *In Præfat. ad Symb.*

tem; & addas, FVLMINE CREVIT, *efficies Emblema.*

Paulus Areſius, Symbolum Heroïcum ait eſſe imaginem, ſeu ſimilitudinem, quæ exprimat ſuadeatque peculiare conſilium ſuſcipiendi rem arduam atque laudabilem. Alio in loco ait, eſſe Symbolum compoſitum ex figurâ & lemmate; cuius propria ſignificatio & potiſſima eò ſpectet, vt efficaciter & cum voluptate conſilium Auctoris repræſentet.

Scipio Ammiratus ait Symbolum Heroïcum videri ſignificationem mentis noſtræ: quæ vno annexu rerum ac verborum inſinuet aliquantulum ſecretò id, quod clàm animus molitur.

Scipio Bargalius etiam ipſe iudicat Symbolum Heroïcum eſſe expoſitionem peculiaris conſilij, quæ fiat ſimilitudine rei ſeu naturalis (exceptâ humanâ ſpecie) ſeu artificialis, cum adiunctâ neceſſariâ breui & acutâ Epigraphe.

Torquatus Taſſus exiſtimat Symbolum Heroïcum eſſe expreſſionem conſilij deliberati circa rem nec modicam nec indecoram; & in quâ ſuſcipiendâ expediendâque ſint futuræ difficultates. Alibi ait eſſe imaginem naturalem ſeu artificialem, quæ poſſit ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ad nobilis animi ſimile conſilium, ſuſceptum ex honoris ac famæ deſiderio, transferri.

Plura ex iis Auctoribus, imò plures Auctores etiam proferrem in præſentiâ, ſi ſcriberem hæc in Italiâ, vbi Codices multi ſuppetunt idiomate Italico, editi de hoc argumento; atque adeò, niſi Romæ ALEXANDRO CARDINALI VRSINO, qui tum erat magnum Vaticanæ Purpuræ lumen ac decus, reliquiſſem aureum de his Heroïcis Symbolis Volumen FAMIANI STRADAE Magiſtri mei; quod Volumen, & alios illuſtres de arte Oratoriâ & Poëticâ Commentarios, vtinam prælo iam & luci nimia Auctoris modeſtia non ſubtraheret.

Nihilominùs ſummatim illud affirmare ſit, Symbolum Heroïcum communiter, & ex quodam veluti conſenſu, appellari explicationem conſilij de re laudabili; & cenſeri publicam profeſſionem, atque, vt ita dicam, chirographum omnino exſtimulans ad ea gerenda quæ Auctor aggredi ac moliri propoſuerit: quemadmodum Ducem & ſtrenuos bellatores exſtimulant, quæcumque in vexillis, in ſagulis, clypeis, loricis, & galeis figurant.

Ceterùm ego ex eorumdem Auctorum, aut omnium, aut plurium calculis atque ſuffragiis, aſ-

ſumam


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ſumam deinceps pronuntiata nonnulla;eaq́ue inſtar legum erunt, & vim atque naturam conſtituent Symboli Heroïci. Quoties prætereà accedet conſenſus Academicorum, toties arbitrium, lex & norma,ac ne multis,Senatûs Conſultum habebitur; cui refragari, temeritas aut piaculum videatur.

CAPVT V.

An ex lemmate ſolo, ſine figurâ omni, poßint fieri Symbola Heroïca.

MOdò in vſu lemmatis ſolius habeas dumtaxat numerorum characteres. Sic Iſabella Mantuæ Princeps ſcripſit pro ſe has notas:



quaſi diceret, vti explicat Paulus Iouius, VINTI SETE; hoc eſt, Victi eſtis: ſuos enim aduerſarios atque æmulos ſuperauerat.

Hor. Apol. in Hierogl. Sic olim Hieroglyphicum ſilentij erat in iis nu-



meris, quia ille dierũ cenſus triennij ſpatium comprehendit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

prehendit: ſpatio autem eo circumacto, aiebant Infantem, ſi nondum loqueretur, captum linguæ vſu haberi.

Modò inuenias lemmatis loco ſola elementa litterarum; vt S. P. Q. R. in baltheo, intra vrbis



Romanę, & in faſciâ intra vrbis Remenſis inſignia, quippe Romanorum Coloniæ; vt Senatus Populuſque ibi Romanus, hîc Remenſis exprimatur.

Arpinum etiam, oppidum celebre Ciceronis Natalibus, adhuc in inſigni retinet primos nominum eius characteres, ob recordationem Ciuis egregij.



Fridericus III. inauguratus Aquiſgrani Impera-




tor, ibidem circa ſe lemmatis loco quinas litteras,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

vocales habet, nec ſatis videtur conſtare illarum interpretatio. Nicolaus Reuſnerus reiicit hanc, vt minùs modeſtam; AVSTRIA EXTENDITVR IN ORBEM VNIVERSVM: & potiùs eam aliam probat; AQVILA ELECTA IVSTE OMNIA VINCIT. quia Magiſtratu legitimo nihil ſanctius, nihil ad victoriam & ad felicitatem efficacius eſſe arbitratur. Quid ſi fuerit hæc ſententia, AQVILAE EST IMPERIVM ORBIS VNIVERSI? Certè id fuiſſet tempori aptum; quia tunc ciuitas Conſtantinopolitana ceſſit in Turcarum poteſtatem: & fortaſſe ad ſolatium in eâ ingenti iacturâ pertineant, quæ ſunt adſcripta ibidem ad Friderici nomen; id eſt, *Rerum irrecuperabilium ſumma felicitas eſt obliuio.* Intereà placet in iiſdem vocalibus ciuitatis Regiæ Aquiſgranenſis comparatio cum Aquilâ, & vtriuſque Encomium, vel prærogatiua: nempe, AQVILA EXCELLIT INTER OMNES VOLVCRES. & AQVISGRANVM EXCELLIT INTER OMNES VRBES.

Ferdinandus I. complexus eſt ſuum Symbolum



iis aliis octonis litteris; id eſt, ACCIDIT IN PVNCTO,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

cto, Qvod Non Speratvr In Anno. Suadens debere permagno æſtimari momenta temporis quantulacumque: nam ſæpenumerò in eis, quandò minimè opinamur, nanciſcimur occaſionem rei benè gerendæ.

Rodulphi II. hæc fuit in Imperio teſſera, eamq́ue



à ſe non ſatis percipi fatetur Nicolaus Reuſnerus: explicat verò duplici hoc ſenſu; Avxilivm Domini Sit Iniqvis Terror, Avstriae Domvs Secvra Iovis Telorvm. Non eſſet ab re; Adivvante Domino, Svperabo Imperatorem Tvrcarvm.

Sabaudiæ Principes, in Torque Ordinis SS. Lazari & Mauritij, circumferunt quaternas has litteras,



eæq́ue elogium continent Amadei Magni; vt ſit hæc ſententia. Fortitvdo Eivs Rhodvm Tenvit. q̀uod opportuniùs alibi exponemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Marcus Craſſus, admirans omnes ferè parietes ædium Terracinæ inſcriptos iis characteribus,




cognouit à ſenioribus eius oppidi, hunc in eis verſiculum contineri;

LACERAT LACERTVM LARGI MORDAX MEMMIVS.

recenſeriq; in eo popularem iocum, aduerſus Memmium quemdam; qui cùm ibi mulierculam deperiret, Largio riuali ſuo, rixâ obortâ, mordicus brachium ſtrinxit.

Bernardinus Stephonius, è Societate noſtrâ vir elegantiæ & eruditionis exquiſitiſſimæ, propoſuit aliquando, in Satyris Menippæis, hos characteres,



cumque redderentur, ſi rectè memini, hæ tres explicationes,

MALA MERX MVSICA MALA.
MALA MERX MEDICVS MALVS.
MALA MERX MVLIER MALA.

quoniam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

quoniam ſi hæc tria nequam fuerint, Muſica ſenſum, Medicus corpus, Mulier animum peſſumdant ac deprauant; Margites, vti fortè inter ſapientes aderat, adiiciens interpretationem ſuam, MALA, inquit, MERX MVLA MALA. memor vtique calcitroſæ mulæ, quæ impacto calce crus aliquando ei debilitauerat.

Dicimus quoque Arces omnes, quantumuis munitas, vnâ ex ternis his litteris,



hoc eſt aut Fortitudine, aut Fraude, aut Fame ſuperari.

Quidam etiam ingenioſè, quoniam Braſilienſes Indi, ante Euangelij promulgationē, iis ternis litteris



in Alphabeto ſuo caruerant; interpretatus eſt, id factum ideò, quia dudum vixerant ſine Fide, ſine Lege, ſine Rege.

Modò vſurpantur quidem integræ aut ſyllabæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

aut dictiones : ſed vel ordine præpoſtero leguntur; quo pacto Iulianus Mediceus, Laurentij filius, ſcripſit in triangulariparmulâ , quaſi diceret Italicè Si



volge:id eſt, vertitvr; vti exponit Paulus Iouius: expertus enim, diu fortunam aduerſam, tandem incipiebat eâdem vti proſperâ & propitiâ. Vel ordine ſeruato, mutantur interpunctiones, ſeu omittuntur: eoq́ue ſpectat tum illudens olim oraculum in verbis illis, Ibis redibis non morieris in bello. tum lis diſcuſſa Venetiis de noctuis , aucupij causâ emptis , iuxta ſcripturam amici ; qui ex ſuburbano rogaſſe viſus fuerat centum & duas, ægrè inueniendas vel in ipſis olim Athenarum auiariis : cùm tamen numerum ita exprimens 1 0 2. (excepto quòd circa

litteram,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

litteram, ò, interpunctionem & accentum omiſerat) noctuam vnam aut alteram petiuiſſet: vt fuerit proinde, adiudicatâ causâ, malè mulctatus, quia malè ſcripſerat; & pretium repræſentauerit. tum abdicata hoſpitalis & benignæ domus præfectura, propter punctum tranſlatum in liminari eo verſiculo,

Porta patens eſto. nulli claudaris honeſto.

Modò ſententia aperta eſt, & clara: ex quò genere fuerunt, Symbolum Traiani, QVALIS REX TALIS GREX. Symbolum Marci Aurelij, REX VIVA LEX. Symbolum Gordiani, PRINCEPS MISER, QVEM LATET VERITAS. Symbolum Valeriani, MAGNVM SATELLITIVM AMOR. Symbolum Numeriani, ESTO QVOD AVDIS. Symbolum Maximiani, MELIVS MORI, QVAM SIBI VIVERE. Symbolum Flauij Iulij Criſpi, HOMO NON HOMO IRATVS. Symbolum Heraclij, INSANIA LAETA VOLVPTAS. Symbolum Leontij, PVLCHRA EST CONCORDIA CORDIS ET ORIS. Symbolum Othonis II. PACEM CVM HOMINIBVS, CVM VITIIS BELLVM. Symbolum Friderici Pulchri, QVOD PALAM, HOC CLAM. etenim ſæpè fit, vt cùm Princeps palàm laudetur, ſecreta malè audiant. Symbolum Philippi III. SATIVS RECVRRERE, QVAM MALE

CVRRE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CVRRERE. & quod vtinam eſſet norma omnium, SCOPVS VITAE MEAE CHRISTVS, Symbolum Flauij Iouiani; eius nimirum qui baltheum ponere, & diſcrimen vitæ adire, quàm deficere à Chriſto maluit, imperante Iuliano; & qui, eodem Iuliano exſtincto, appellatus Imperator, negauit conſenſum de ſe, niſi exercitus profiteretur Religionem eamdem: ac dumtaxat Imperium Chriſtianum acceptauit.

Iam ſolo exprimi lemmate non debere Symbola Heroïca, de quibus agimus, iudicant Adrianus Politus, Alexander Donatus, Hercules Taſſus, Nicolaus Cauſſinus, Paulus Areſius, Scipio Ammiratus, & Scipio Bargalius; qui figuram peræquè in eis requirunt: atque hoc idem ſentiunt Academici. Aliter iudicauit Iulius Cæſar Capacius; ſed is non eſt ille Iulius Cæſar Dictator, cui grauiorem ſententiam vniuerſo Senatu olim tribuerunt. Debent nimirum diſtingui à Symbolis Pythagoricis, cuiuſmodi ſunt; LOQVERE VT TE VIDEAM. ADORATVRI SEDEANT. item ab Ænigmatis & Gryphis; & hoc beneficio figuræ conſequuntur. Debet item vitari ab eis obſcuritas, & ſignificatio incerta vel ambigua, qualis eſt in notis clandeſtinis; quod numquam ſatis impetrabitur, quamdiu lemmatis

comes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

comes figura non fuerit. Quis verò, abſque Oedipo coniectore, vel prioris generis numeros, vel ſolitarios characteres, vel ſyllabas & dictiones, tam ordine præpoſtero, quàm deſideratis vel immutatis interpunctionibus ſcriptas, vnquam, aut ſine improbo labore, perciperet?

Poſtremi generis lemmata ſunt quoad ſenſum ea quidem manifeſta; ſed vt meræ voces abſque vllâ corporis ſpecie vel pulchritudine prodeunt: ac videntur veluti tenues animæ, nudæ à pulcherrimis exuuiis, abſque vitâ, ſine motu, inſtar ſoni perſtrepere, vel inſtar vmbræ peruagari.

CAPVT VI.

An ex figurâ ſolâ & ſine lemmate poßint fieri Symbola Heroïca.

QVia tolerabilius eſſet admittere ſolas figuras ſine omni Epigraphe; ideò aliqua Symbola id genus admittunt, ſed tamquam minùs perfecta, Iulius Cæſar Capacius, Lucas Contile, Ioannes Andreas Palatius, Alexander Farra. Imò & Hieronymus Ruſcellius exiſtimat ea eſſe magis recondita, & magis religioſa. Alij Auctores tamen, atque adeò


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Academici, figuras pingi, ſed ſilere interim, alienum ducunt à Symbolis Heroïcis.

Cur autem eis adijci lingua & ſonus debeat, Hercules Taſſus eam cauſam adfert: nempe vt à Hieroglyphicis, à ſignis gentilitiis & ſigillis, à multis etiam notis clandeſtinis, aliiſque mutis Symbolis, poſſint interſtingui. Alioqui eſſent perinde ac ſphinx in annulo Auguſti, in annulo Mæcenatis rana, nox in Tydei clypeo, icon Iuſtitiæ in clypeo Polynicis; pugio & gladius in Caij Cæſaris libellis, qui continebant lectiſſima Senatorum nomina, vt perimerentur ab immani eo lictore: nam in Principatu carnificem agebat, ideoque optauerat, vt vnam ceruicem Romanus Populus haberet.

Scipio Bargalius lemma inſuper neceſſarium putat, vt impediatur, quò minùs figuræ prodeant obſcuræ, incertæ, aut confuſæ. Quippe dotes ac perfectiones varias à naturâ vnaquæuis res accepit; & lemma eſt lingua ſeu index illius, quæ in propoſito Symbolo conſiderari ſola debet. Quid enim? Lucas Pitti Florentiæ Coſmi Medicei æmulus, machinam belli æneam, quæ per ignem, cum fulgure ac tonitru, ferreum orbem extrudit, figurauerat, ſine omni Epigraphe.

Quis




Quis in ſcopum Auctoris collineet? creditur eo Symbolo iactaſſe, fore breuî exactas, ferro & igni, Florentiâ pilas Mediceas: & aliter tamen ceſſit; quia mox ipſe ſolum vertere coactus fuit.

Marchio Vaſtius iugem ignem inter ventorum flabra pinxerat in Iunonis arâ: cumq́ue profiteri vellet, nullâ inuidorum vi extingui poſſe ardorem fortitudinis, ac lucem gloriæ ſuæ, tranſtulere Symbolum alij ad æſtum amoris; ac Virum ſtrenuum, ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

eâ nobili cogitatione, ac prorſus maſculâ, ad perturbationes animi effeminatas & molles traduxerunt.




Defuit videlicet Epigraphe, quæ ageret interpretem ac nomenclatorem, & quæ Auctoris mentem adiuuaret.

Vt ea lemmatis neceſſitas fiat manifeſtior, Solem proponam, ex quo ſidere totidem manant dotes fermè quot radij. Erunt nihilominùs obſcuræ, niſi per circumſcriptam Epigraphen clareſcant. Solem inquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

quam ſolum proponam, abſque figuris & parergis aliis. Si nihil adſcripſerim, nónne anceps animi



erit Lector, vel in ſummâ eius luce, & quaſi tentabundus progredietur adhuc in tenebris? Ecquam vnam dotem à me potiorem haberi exiſtimabit? Quonam pacto peculiariter aſſequetur pertinere eam Solis figuram ad Christi Domini obitum? Quod fuit Symbolum inprimis laudatum FAMIANI STRADAE Præceptoris mei, cum hac Epigraphe:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20




SPECTATVR CVM DEFICIT. Verè enim Solem, in ſui defectione, ſpectamus curioſiùs, quàm cùm pulcherrimus oritur, ſuique compos luminis, diem & vitam quotidie mundo adfert. Nec aliter Chriſtus Sol iuſtitiæ : inuitauit enim maximè ad ſpectaculum ſui, quando in morte acerbiſſimâ defecit.

Cur potiùs non reputet Solem numquam deficere, ſed perſtare imò in eâdem luminis ſui gloriâ ; dum Luna vel augetur vel ſeneſcit, patiun-

tur-

turq́ue aliquæ ſtellæ minores etiam incrementum lucis ac decrementum: vti obſeruatum eſt in ſtellâ Veneris, & in ſtellâ Mercurij, auxilio tubi optici; quod Symbolum cum lemmate, SOLVS




INDEFICIENS, placuit Friderico III. Mantuæ Marchioni: vti conſtituerat mentis vim & vigorem animi retinere, quantumuis variaret fortuna; & nunc lætorum, nunc triſtium viciſſitudine in terris generi humano illudere videretur.

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Nec magnopere differt idem Sol cum altero eo lemmate, VBIQVE SIMILIS, quo vſus eſt Franciſcus



Villadumius Magnus Præſes Equitum Rhodiorum; profeſſus inuicti animi conſtantiam, ſeu pax foret, ſeu Thraces Rhodum inuadere meditarentur.

Vidimus perinde, Solem ſolum, ad liberalitatem ſponte venientem, in Symbolo Aloyſij Cardinalis Eſtenſis; & ad ſuimet gloriam, in Symbolo Ferdinandi Mantuæ Ducis pulchrè transferri: poſſentq; adduci

Pag. 13.
Pag. 37.

adduci Symbola id genus plura ; ſed quæ hactenus expoſuimus, erunt abundè, vt conſtet, abſque lemmatis certâ determinatione, neminem fore, qui facilè poſſit coniicere, ex quanam potiſſimùm figuræ dote Symbolum conſletur, niſi fortaſſe Augur, Interpres vel Internuntius Iouis fuerit.

Maneat igitur, cum figurâ epigraphen non poſſe in Heroïcis Symbolis deſiderari; ac decere omnino, vt in eis imagines non prodeant viduæ à ſententiis, aut elingues, aut prorſus brutæ, quales à naturâ procreantur, ſed potiùs cum loquelâ & voce, cum ornatu ſermonis, ac diſertæ.

CAPVT VII.

An in Symbolis Heroïcis figura ſit corpus, Epigraphe verò ſit anima.

QVæſtionem hanc non planè ignobilem, induxit primus, vti reor, Paulus Iouius, aſſerüitque, figuram in iis Symbolis corpus, breuem ſententiam in iiſdem animam eſſe. *In Dialogo de Symbolis Heroïcis.*

Videtur ei Alexander Donatus ſuffragari, dum figuram ait inſtar materiæ, epigramma inſtar formę haberi : atque adeò ſicuti materiam, ex ſe ad omnia *De Arte Poët. l. 3. cap. 32.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

tendentem, naturalis forma in certo quodam ordine corporum coärctat & comprimit; ſic imaginem plurimis inſtructam facultatibus, & pluribus etiam ſignificationibus obnoxiam, coërceri per adſcripta verba, & eò contrahi, vt id ſolùm oſtendat, quod placet Auctori.

At omnino id negant Scipio Bargalius, Hieronymus Ruſcellius, Lucas Contile, atque Auctores alij. Nimirum verba & voces in homine, non ſunt eiuſdem hominis mens & anima; ſed ſunt adiumenta, quibus affectus proprios anima exprimit. Sic lemma, quaſi adiumentum ſui, adhibet ſimilitudo, quæ potiùs eſt anima Symboli Heroïci.

Prætereà neque notæ numerorum, neque adſcripta iis verba ſunt ipſius Muſices anima; ſed potiùs harmonia eſt anima eius. Sic etiam nec figura, nec epigraphe ſunt anima Symboli Heroïci, ſed ſimilitudo eſt potiùs anima illius.

Item nec rectè dicentur in Tragœdiâ Perſonæ illuſtres, & Perſonæ priuatæ in Comœdiâ eſſe corpus, Verſus autem aut ſermo eſſe anima vtriuſque: ſed potiùs imitatio actionis illuſtris, perfectæ, ac magnæ, purgans per miſericordiam atque terrorem haſce perturbationes, eſt anima Tragœdiæ; imitatio dete-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

deterioris actionis, quæ irriſu ſpem & gaudium corrigit, temperatq́ue, eſt anima Comœdiæ. Sic anima Symboli Heroïci eſt ſimilitudo ſeu comparatio; quę conflatur ex figurâ & lemmate, quemadmodum harmonia, vti eſt Muſices anima, ex numeris ac ſonis; imitatio verò, pariter Dramatis anima, ex verſibus ac perſonis conflari ſolet.

Quòd lemma dein figuram, multis imbutam dotibus & facultatibus, multisq́ue ideò ſignificationibus obnoxiam, ad vnam præ aliis coërceat; hoc minimè arguit, lemma eſſe formam vel animam Symboli Heroïci. Etenim Indiculus pererrando, circumeundoq́ue oſtendit horas, & Nolula horas eaſdem narrat crepitando, tinniendoq́ue: attamen quáuis efficiant ambo, vt Horologium certam habeat ſignificationem, non ideò Indiculus ſeu Nolula forma & anima Horologij cenſentur: ſed anima eius eſt conuerſio machinarum, certis legibus, & tractim librato agmine, temperata. Sic lemma indicat potiùs, quàm conſtituit animam Symboli Heroïci, & ex plurimis dotibus figuræ vnam tangit, ex quâ oritur comparatio: quemadmodum Indiculus ex pluribus horis vnam deſignat, ex quâ fit Horologij ſignificatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT VIII.

An Symbola Heroïca conſilium Auctoris ita exponant, vt ſimul obligent eius fidem.

QVi ad hæc Symbola veram ſimilitudinem requirunt, hi,vti compertum ſuo loco erit, putant eiſdem obſtringi fidem ad præſtanda illa, quæ lemmate ſimul ac figurâ exprimuntur. Et meritò ſanè: quia quæ palàm & non vſitato nec tenui apparatu, ſed propoſitâ tam illuſtri teſſerâ, quale eſt Symbolum Heroïcum, profitemur, ea inſtar promiſſionis magnæ haberi debent.

Lampridius. Alexander Seuerus,dum croceo & albo amiciebatur panno, ſpondebat ſe fore terrarum orbi & vniuerſo Imperio beneficum, inſtar Solis, & inſtar Lunæ.

Paul.Iouius in eius Elogio. Tamerlanes viſus adeſſe in prætoriis candido, coccineo, & atro; vrbibus obſeſſis, niſi deditionem facerent, clementiam, cædem, vltimum excidium offerebat.

Quòd ſi expers omnis figuræ color obligabat Ducum eorum fidem; quantò magis obliget Symbolum Heroïcum, quandoquidem cum inſtructu longè nobiliori proponitur?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Ad hæc, ſi pellibus leonum, vrſorum, aprorum, & ſimilium ferarum inuoluti Heroës ad prælia olim veniebant; atque adeò ſi iam, quod inde natum eſt, ferarum earumdem imagines in vexillis, in clypeis, in ſagulis, in galeis idcircò circumferunt; vt habitu eo præferoci profiteantur, ſe aduerſus hoſtes venire, ſicuti leo ſolet contra imbelles feras, vel ſicuti ſolet aquila contra imbelles aues: quantò id certiùs profitetur, qui pro ſe extulit Symbolum Heroïcum, in quo vis maior ſignificationis, adiectâ figuris dictione, ac veluti clamore, continetur?

In aciem redeant Capaneus & Etheocles, vt exhibeant rurſus in ſcutis, alter militem cum face, & cum minaci eâ Epigraphe, CREMABO VRBEM; alter militem perinde, ſed cum ſcalâ, & cum minis illis, NEC MARS AB ARCIBVS REPELLET; an non ij promiſerunt diſtinctè id, quod erant molituri? Heroës alij tacitè ſua etiam ipſi hoſtibus damna interminari videbantur, præſeferendo in clypeis argumenta futuræ virtutis, quemadmodum Tydeus alter Heros ad Thebas, oſtendens in clypeo ſuo cælum cum lunâ & ſtellis, vt hoſtibus noctem & interitum minaretur.

Æſchyl. in Tragœd.

Ibidem.

Dixi etiam, promiſſam in Cæſarum numiſmatis *Pag. 82.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

modò ſecuritatem publicam, modò vberem annonam, modò clementiam,& pœnam reorum ſeram,
Pag. 83. ſed aliquam. Inſinuaui quid aut rana in annulo Mæcenatis,aut ſphinx in annulo Auguſti,aut Harpocrates ſilentij Deus in aliorum annellis pollicerentur.
Pag. 108. & 109. Adieci, Philoſophos geſtare ſolitos icones eorum, qui Principes ſectarum fuerant,& quorum
Clemen. Alex. profitebantur inſtituta. Nec verò eas icones in annulis tantùm,ſed pendulas loco inaurium tulerunt, vt eſſet in comperto, quibuſnam aures, per quas hauritur ſapientia, conſecraſſent. Repetere etiam
Pag. 110. debeo conſilium illud Clementis Alexandrini,ſuadentis vt Chriſtiani pharetram cum iaculis,aut enſes,aut ſicas,aut pocula, aut cyathos in annulis non ſculperent, quippe alienas teſſeras à manſuetudine ac temperantiâ: ſed ſculperent imò alia ſigna, quæleniſſimæ ipſorum profeſſioni eſſent magis accommodata.

Quæ cùm ita ſint,quis Heroïcis Symbolis negauerit eamdem vim; & quis non fatebitur debere ea prorſus cenſeri publicam profeſſionem & promiſſionem etiam, cùm tanto apparatu,& pompâ prodeant? Profectò illa quæ ita cælamus & pingimus, non abuolant, quaſi irreuocabile verbum;ſed pluſ-

quàm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

quàm littera ſcripta manent potiùs, atque exſtimulant, vt id præſtemus, quod non verbo dumtaxat vel chirographo, ſed ſanctiùs ac religioſiùs per has honoris teſſeras profitemur. Vt prorſus meruerint eadem Symbola Heroïca ſtipulationis, fidei-iuſſionis, promiſſionis publicæ, ſigilli, ac teſtis iurati appellationem.

CAPVT IX.

Cur in Heroïcis Symbolis neceſſaria ſit Comparatio.

FLos & deliciæ compti atque eruditi ſermonis eſt comparatio, eaque à me hîc accipitur duobus modis.

Primò, vti oratio, quæ vtrumque ſimile ponit ſeorſim, & inuicem confert; & tum partes habet geminas, Protaſim, atque Apodoſim, per quas videlicet fit vtriuſq; ſimilis collatio; vt ſi dixerim: Quemadmodum fugiendo Scythæ hoſtem ſuperant; ita non aliter voluptas, quàm fugiendo, ſuperatur. *Plato in Lachete.*

Secundò accipitur, vti eſt ad vnum verbum contracta eius breuitas: ſic enim M. Tullius vocauit Metaphoram. Talis eſt, ſi mortem otium animæ

Plato in Clitiphone. *Plato in 4. de Legibus.*

mæ dixeris; ſi vrbem ſitam ad mare, ſalſam & amaram, propter mixtionem nationum, & morum, appellaueris. Quæ Metaphora, quia modeſta eſſe debet, interdum metu audaciæ nimiæ effertur cum adiunctis particulis comparatiuis, VT, QVASI, VELVTI, & quodammodo temperatur. Tum verò Imago nominatur: cuiuſmodi eſt, ſi dixeris, virum ſapientem, qui peccantem alium corripit, iudicari, quaſi è Machinâ, Deum: vel ſi eas voluptates tantùm eſſe admittendas pronuntiaueris, quæ ſint domeſticæ virtutis, & quæ illam comitentur, vt pediſſequæ: vel ſi Europæ populos habitare, veluti formicas & ranas, circa paludes & mare, affirmaueris.

Plato in Clitiphone. *Plato in Philebo.* *Plato in Phædro.*

Iam cur comparatio videatur requiri neceſſariò ad Symbola Heroïca, potiſſimùm ex eo euincitur, quia qui componunt Symbola Heroïca, hi delectare volunt, & perſuadere futurum; vt prorſus moliantur illa, quæ figuræ ac lemmatis teſtificatione tam publicâ viſi ſunt polliceri. Atqui Comparationi ſeu Metaphoræ inprimis ineſt vtraque ea poteſtas, delectandi pariter ac perſuadendi.

Vt hoc iam generatim & paucis palàm fiat, quod etiam ſingillatim, & fusè alibi proſequi neceſſe erit, ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ſic ratiocinari poſſumus. Delectat Comparatio, quoniam ex eâ animus multa diſcit: nempe ſimile, quod in Protaſi aſſumitur; ſimile aliud, quod cum illo in Apodoſi confertur, & præterea vtriuſque conuenientem naturam. Ita ſi Tyrannum dicam bubulco ſimilem eſſe, quoniam abundè mulgeat; ſi cum Pericle Samios appellem infantibus ſimiles, qui nutrimentum accipiunt, ſed plorantes (nam accipiebant etiam ipſi ab Athenienſibus beneficia, & interim querebantur) proculdubiò delectabit diues ea notitia ſimul Tyranni & bubulci, ſimul Samiorum & infantium, & conuenientiæ inter ipſos: atque adeò occurret alia notitia, nempe ingenij præſtantis, quo alius excogitauit iſtiuſmodi comparationes, inter res ceteroqui tam diuerſas: nam hoc eſſe proprium ingenij excellentis, Ariſtoteles fatetur.

Plato in Theæteto.

Delectat adhuc magis Metaphora, tum quia omnia hæc peræquè animus in eâ diſcit, cùm ſit comparationis breuitas contracta ad vnum verbum, tum etiam quia prodit inſtructa inſolito & alieno habitu, ac veluti perſonata. Quemadmodum autem erga peregrinos aliter, atque erga ciues vel noſtrates affici videmur; vt iucundius multò ſit Perſam, Indum, Iaponem, quàm Europæum quempiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

aſpicere: ita Metaphora delectat maximè, quia verbum tranſlatum in alienâ ſede hoſpes eſt; & res, ad quam transfertur, vt ita loquar, peregrinum gerit indumentum. Tranſit nimirum gaudium & hilaritas ab homine ad prata, dum ea dicimus ridere; & abit flos item ab ipſis pratis ad hominem, cùm in eo dicimus formam florere; & ars pingendi tranſit ad ſenſus noſtros, dum eos pictores animæ vocamus.

Plato in Philebo.

At ſi quando aliquid diſcimus, ſemper eſt voluptas; quando plura diſcimus, erit ſemper maior voluptas; & quod inde fit, magna ſemper voluptas ex Comparatione & ex Metaphorâ orietur.

Quòd deinde vtrique inſit vis & neruus quidam orationis efficacior ad perſuadendum, norunt hoc etiam ij qui artem Oratoriam vel à limine ſalutarunt: & id nos diſtinctè alibi oſtendemus.

CAPVT X.

An ad Symbola Heroïca idonea ſit Comparatio, quæ ſumitur ex Apologis, & ex aliꝭs rebus fabuloſis.

VT huius generis priùs aliquot Symbola recenſeam; repertum in onyche gemmâ equinum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

num caput, cum hominis & vultu & barbâ in pe-ctus promiſsâ, cum pedibus gruis, cum caudâ galli gallinacei, & cum adſcriptis ternis characteribus, *Pierius in Hieroglyph. Gorlæus in Dactylothecâ.*



FAB. ſchema fuit Fabij Cunctatoris; vt virtutes vnius perfecti Ducis eo monſtro exprimerentur: hoc eſt, equi capite, præfectura & principatus in bello; vultu, barbâ, & pectore hominis, prudentia: cunctatio & vigilantia, pedibus gruis; & caudâ galli gallinacei demum victoria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Eduardus VI. Rex Britanniæ pro Symbolo habuit orbem terrarum catenatum, pendentem-



que ex cæleſti manu; cum lemmate, NIL SINE DEO.

Henrico

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Henrico I. Regi Luſitanïæ, Africæ littora cum claſſe obeunti, Pegaſus placuit, extremis pedibus proterens leonem; eratque Symboli Epigraphe,



PERENNITAS LAVDIS. Veluti eſſet animo alacri & magno, breuî omnes Africæ nationes, quantumuis præferoces & barbaras, domiturus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Hugo de Verdala Cardinalis, & Ordinis Melitenſis Magnus Præſes, vſus eſt trito Æſopi Apologo, nempe gruis obſonantis, intra vas oris ob-



longi, coram vulpe ieiunâ & ringente; cum adſcripto lemmate, FRAVS FRAVDE COMPENSATVR.

Perinus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Perinus Cardinalis Gonzaga Herculem figurauit Hydræ capita conuerberantem clauâ, cum lem-



mate, TV NE CEDE MALIS. tamquam is, qui pari fortitudine animi monſtra inuidiæ erat ſuperaturus.

Albertus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Albertus Auſtriæ Archidux pinxit Iaſonem, & in eius manu vellus aureum. Aderant, ſub altero ipſius pede cuſtos velleris ſerpens draco, ac ponè etiam ſpirantes ignem tauri, cum hac Epi-



graphe, ASSIDVITATE. ac ſpes eo Symbolo fiebat conatûs alicuius Heroïci, ex æmulatione Iaſonis, qui cum Argonautis in Colchidem nauigauit.

Mathias

Mathias alter Archidux Auſtriæ, & ſupremus militiæ Præfectus in Regno Hungariæ, expreſſit in ſchemate ſuo Perſeum, à quo liberatur Andromeda, ex Nereidum odio ad ſcopulum reuincta; cum hoc lemmate, AMAT VICTORIA CVRAM.



Quippe vti Perſeus Andromedam, virginem formoſam, à monſtro immani; ſic ipſe Hungariam, Regionem pulcherrimam, à iugo Turcarum erat liberaturus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Octauius Farneſius, Dux Parmæ & Placentiæ, pro Symbolo habuit clauam, glomum fili, & tres piceos orbes: hoc eſt, ea quibus inſtructus The-



ſeus, peremit in Cretæ labyrintho Minotaurum; profeſſus contra hoſtes & æmulos induſtriam & fortitudinem parem.

Felix

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20


Felix Princeps Salerni, ac generalis Dux, eunte per aërem teſtudine alatâ, cum Epigraphe, AMOR ADDIDIT, vſus eſt: vt Regi amorem, fidem, & ad



ſubita obſequia alacritatem profiteretur, ſine mixtione temeritatis, aut celeritatis improuidæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Andreas Sfortia Marchio Palauicinus, ac Venetarum copiarum generalis Dux, alas obeliſco agglutinauit, cum hac Epigraphe, IMMOBILIS. Pro-



poſuerat enim, vel ſi alas ipſi adderes, è conſtantiâ ſuâ numquam dimoueri.

Ioan-

Ioannes Petrus Polignani Marchio delineauit Tantalum ſitientem , & fatigantem labia in fluuij ludibrio, cum lemmate, INOPEM ME COPIA FECIT.



An vt exprimeret , verſari ſe inter medios honores , nec conſequi eos tamen , quamuis ad eos auidè anhelaret ?

Hæ Comparationes, ſumptæ ex Apologis & fabellis , reiiciuntur à Symbolis Heroïcis : & ita iudicant Academici, atque Auctores ferme omnes; dum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

modò excipiam Paulum Areſium, & Herculem Taſſum. Etenim eſto, Auctoris conſilium exponant; haud probant tamen id futurum, quod ille pollicetur. At Paulus Areſius, hoc munus exponendi aptè ad perſuadendum, tam opinatur ſpectaread perfectionem Symboli Heroïci, quàm ſpectet facultas volandi ad perfectionem hominis. Admitto, ſed hominis Platonici; cuius perfectio verè fuit facultas volandi, etiam poſt detractas plumas, & tametſi animal implume ſalutaretur. Videtur certè cum Heroïcis Symbolis perinde agi: nam ſponte illis adimitur facultas perſuadendi atque obligandi fidem, quam tribuunt ipſis Auctores alij, quam teſſerę omnes hoſpitales, militares, theatrales, conuiuales, atque adeò colores, ſigilla, icones ferarum obtinuerunt; ac dein pronuntiatur, vim perſuadendi ad perfectionem eorum non pertinere.

Sed quid? eiuſmodi Apologos & fabulas recenſet Ariſtoteles inter Oratorias argumentationes, ac refert actionem Æſopi: qui vt virum Reipublicæ Principem, accuſatum repetundarum apud Samios, liberaret; de vulpe in voraginem lapsâ, & non probante conſilium erinacei, nec muſcas abigente, à quibus mordicus excruciabatur, orationem inſtituit.

Lib. 3. Rhetor. cap. 39.

Per-

Perſuaſit verò Samiis, vt eum iam diuitem & ſaturum retinerent; ne, cum maiori damno, ſucceſſoris integram famem experirentur.

Scio, Apologos etiam, vim ſuauem perſuadendi, præſertim apud aures vulgi, obtinere. Nec aliter Menenius Agrippa plebem Romanam, ſeceſſione factâ in Montem ſacrum, reduxit; quàm dum exponeret, indignatas corporis humani partes, ventri omnia quæri, eumq́ue in medio quietum, nihil aliud, niſi datis voluptatibus frui: conſpiraſſe autem illicò, ne cibum ad os manus ferrent, ne os acciperet datum, ne dentes conficerent; ſed mox illas conſpirationis pœnituiſſe, ac redactas in extremam tabem agnouiſſe, haud ſegne nimirum eſſe ventris miniſterium. *Liu. 1. Decad. lib. 2.*

Sed ſcio etiam perquàm infirmas eiuſmodi argumentationes eſſe: quod enim aſſumitur in eis, commentitium eſt; quippe Protaſis ficta, & incredibilis: ideoq́ue quod vibratur in eiſdem, eſt, ferè dixerim, vmbratile ac fictum iaculum; nec reipsâ ferit, ſed dumtaxat ferire videtur.

Hæc mera itaque hominum commenta in Symbolis Heroïcis, quia inania ſunt, numquam inducent perſuaſionem firmam ac ſolidam; poſſetq́ue ex-

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

probrari, vendi fabulas, & interim grandia promitti; Apodoſim fore eamdem cum Protaſi; & abituta demum in verba & nænias omnia, quæ tam ſpecioſo apparatu promittuntur.

CAPVT XI.

Vtrùm ad Symbola Heroïca ſit idonea Comparatio ſumpta ex Parabolis.

Lib. Reſponſ. ad Orthodox.

PArabolam Iuſtinus Martyr ait eſſe orationem rei fictæ, ſicut Hiſtoria eſt commemoratio rei factæ. Et verò in re fictâ ſemper Parabolam fundari (quod aliqui tamen negant, imò errori adſcribunt) coniicitur ex eo etiam, quia paſſim de narrationibus dubiis quæri ſolet, Parabolæ ſint an Hiſtoriæ: quæ locutio ſatis oſtendit, Hiſtoriæ, hoc eſt rei factæ, opponi Parabolam, nempe rem fictam.

Hoc ſi admittatur, in partes ſuas omnis Comparatio tum poterit rectè diſtribui; & conſtabit alia ex Protaſi verâ, alia verò ex Protaſi fictâ. Rurſus prior ex his conflabitur, vel ex Protaſi verâ & neceſſariâ; & tum erit ſimilitudo Apodoſim habens genere diuerſam, vt ſi apes & earum regimen transferas ad ciues & ad curam Reipublicæ: vel ex Protaſi verâ, ſed

ſed contingenti; & tum erit exemplum, Apodoſim habens genere eamdem, cùm ſit hominis cum homine, in re verâ & credibili, collatio; aut certè erit Comparatio ſumpta ex euentis fortuitis, ſeu eamdem ſeu diuerſam genere Apodoſim ſortiatur. Poſterior perinde componetur vel ex Protaſi fictâ atque incredibili, & tum erit Apologus; vel ex Protaſi fictâ, ſed credibili, & tum erit Parabola.

Porrò iis obſtare Ariſtoteles exiſtimandus non eſt, dum ait Parabolam eſſe Comparationem, quæ ducitur à formâ ad formam. Significat enim dumtaxat ea locutio, in Parabolis particulatim omnia conferri, & Protaſis formas ſeu partes ſingulas, ad formas ſeu partes ſingulas Apodoſis pertinere (videlicet vineam ad Populum Hebræum, vineę Herum ad Deum, ſeruos ad Prophetas, filium item Heri ad Filium Dei) modò excipiantur pauca & minima, quę inſtruunt narrationis pulchritudinem, & ſunt ſicuti parerga.

Lib. 3. Rhetor. cap. 18.

Ideò autem olim qui inter Græcos erant ſapientiſſimi, Malogranata Mercurio Deorum interpreti ſacrificabāt; quia in Malogranatis, quemadmodum exponit Clemens Alexandrinus, perinde atque in Parabolis, multæ ſunt latebræ. Atque hoc fuit cauſę,

cur Ariſtoteles dixerit, in eis à formâ ad formam duci Comparationem; & cur eæ debeant particulatim inuicem conferri.

At enim reprehenditur Eraſmus, propterea quòd ſacras Euangelij Parabolas, quas Chriſtus Dominus conſecrauit ore ſuo cæleſti, fabulas impiè appellarit. Quid tum? reprehenditur meritò, quia fabulæ vt plurimùm ſonant narrationes fictas & incredibiles, cuiuſmodi ſunt Apologi. Ab his autem abſtinuit is qui erat æterna veritas; & cùm ſæpiùs vera, interdum ea quæ eſſent ſaltem veroſimilia, hoc eſt, ficta ſimul & credibilia, commemorauit.

Nimirum fuit vetus conſuetudo Hebræorum, Ægyptiorum & Græcorum, vt quotquot inter eos eruditiſſimi erant, conſentaneas humanæ vitæ ſententias iſtiuſmodi comparationibus tegerent, inuoluerentque.

Iam hæc de Parabolis conſtituiſſe, fuit ſimul excluſiſſe illas à Symbolis Heroïcis, vti collationes, quæ ex Protaſi fictâ, tametſi credibili, deſumuntur; cùm eis deſit vis ea maior ad perſuadendum, quam diximus in Heroïcis Symbolis, præter vim exponendi, deſiderari.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT XII.

An ad Heroïca Symbola ſit idonea Comparatio quæ ſumitur ex Hieroglyphicis.

OFferunt ſe multa huius generis Symbola; & ferme ſufficerent, ſi recentem obeliſcum Ægyptus ex iiſdem ornare vellet.



Innocentius VIII. in montis cacumine figuauit oleæ ac palmæ ramum, cum Epigraphe, AR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20


DVA VIRTVTEM; nam Heſiodus virtutem in arduis collocauit.

Pius III. oleæ ramo iunxit flagellum, cum hac



inſcriptione, POENA ET PRAEMIVM, quaſi ſciſcitaretur à ſubditis, vtram vellent ſortem promereri.

Clemens VIII. gladium, lituum ſacrum, & lyram in medio eorum, accepit pro Symbolo; adiecitque lemmatis loco, NIHIL ILLE RELIQVIT. Et-



enim omne tulit punctum, quiſquis ex Religione ac Iuſtitiâ, veluti ex graui ſono & acuto, temperet gratam regiminis optimi harmoniam.

Rodulphus I. brachio armato, ac ſtringenti clauam cum oleæ ramo, adſcripſit pro lemmate, V-



TRVM LVBET; quaſi hoſtibus ſuis ex æquo pacem & bellum offerret.

Henricus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Henricus VIII. dexteras duas inuicem iugatas, ac ſuſtinentes caduceum, propoſuit cum Epigraphe, FIDE ET CONSILIO. Conferunt e-




nim ſummoperè duæ illæ virtutes ad Imperij felicitatem.

Fride-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Fridericus III. brachium armatum, cum diſtricto gladio, ſupra codicem apertum, pro Symbolo elegit; & lemma erat, HIC REGIT, ILLE TVE-




TVR. Statuerat enim ita efficere; vt quidquid præciperent leges, id gladius ſeu Imperij poteſtas exequeretur.

Carolus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Carolus Fridericus Iuliæ, Cliuiæ, Montium Dux ſparſa in clypeo habuit corda, cum duplici Epi-



graphe, alterâ Latinâ, HIC MVRVS AHENEVS ESTO; alterâ Italicâ, cuius erat ſenſus, Beneuolentia eſt optimum præſidium. Hac certè ſecurior multò redditur Princeps, quàm arcibus munitis, & domeſtico ſatellitio.

Ottobertus Comes Habſpurgenſis habuit pro ſchemate ſuo armatum brachium cum citharâ, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

cum Epigraphe, HAEC MIHI TVBA. Videretur molle quid, ſi citharam teneret manus armillis quàm ferro inſtructa: at in eâ ſpecie militari eſt omnino decora res, oſtenditque, bonos Principes ſubditorum fide atque concordiâ, tamquam tubâ, exſtimu-



lari ad grandia. In hoc autem incertum eſt, maior Principum felicitas, an ſubditorum commendatio inueniatur.

Coſmus Mediceus, Hetruriæ Magnus Dux, teſtudini velum, tamquam nauigio, adpinxit, cum Epigraphe illâ celebri, FESTINA LENTE.



Idem Coſmus Capricorno, inter priores pedes quidem orbem terrarum & remum, in dorſo autem Cornucopiæ adpoſuit, cum lemmate, FIDEM FATI VIRTVTE SEQVEMVR. Hoc idem fuerat Auguſti ſchema: cuius videlicet, & Caroli V. & eiuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



dem Coſmi Horoſcopum fuiſſe Capricornum, ij notarunt, qui Viris Magnis obſequi ſtellas & cælum opinantur.

Hæc Symbola ex Hieroglyphicis accepta Paulus Areſius admittit ſine exceptione vllâ: Hercules Taſſus adprobat dumtaxat, ſi quæ minùs obſcura videantur, ſumanturque ex rebus familiaribus, ac veluti propriis; vti ſunt palma & laurus pro victoriâ, oliua pro pace, pro amore myrtus, & pro funere cypreſſus.

Sed

Sed alij Auctores ea reijciunt: quia cùm ſint imagines ſeu figuræ, determinatæ ex hominum arbitrio ad ſignificandum aliquid, vſurparenturque olim ab Ægyptiorum ſapientiſſimis litterarum vice (ſic enim ea deſcribit Nicolaus Cauſſinus) ſunt etiam, quod inde fit, mera hominum commenta; & ipſis deeſt vis ea maior ad perſuadendum, quam in Heroïcis Symbolis requirimus. Præterquàm quòd vim etiam exponendi conſilium Auctoris, quoniam vt plurimùm obſcura ſunt, obtinere interdum non videntur. *In Prolegom. ad Symb.*

Non id velim tamen intelligi de dotibus & facultatibus naturæ, ex quarum accommodatione Hieroglyphica ſæpenumerò prodierunt. Ita de cornice aue (quæ ſymbolum fuit amoris & fidei inter coniuges; quia cùm in connubio eſt, neque mas alteram feminam, neque marem alterum femina deſiderat, & poſt coniugis obitum colit viduitatem) fieri Symbolum Heroïcum cum laude poſſet, quia dos & facultas naturæ in eâ, non autem ſignificatio ex hominum arbitrio determinata, tum videretur conſiderari. *Hor. Apoll. in Hierogl.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT XIII.

An ad Symbola Heroïca ſit idonea compara-tio, quæ ſumitur ab exemplis.

NE exemplis caream, dum de exemplis ago, proponam initio hîc etiam Symbola nonnulla, quæ ab eis petuntur. In perueteri Clodouei ſchemate brachia duo cælo ſupina, brachiis item aliis fulciebantur, cum hac Epigraphe, TVTISSIMVS.



Refertur hoc ad Moyſis victrices manus, quæ hoſtium cuneos veluti feriebant, dum ſublatæ in vota & preces quaſi feriabantur. Diſcant Duces, in acie pietatem in primis fortiſſimè dimicare.

Ferdinandus Rex Catholicus pro Symbolo ſuo vſus eſt nodo Gordio & gladio, cum Epigraphe, TANTO MONTA. quaſi diceret, ſibi perinde eſſe,



ſi controuerſiam obortam de Regno Caſtellæ armis, aut aliis artibus atque conſiliis expediret.

Philip-

Philippus II. Rex Hiſpaniarum figurauit malogranatum apertum, cum lemmate, Tot Zopyros. Satis nota eſt hiſtoria Zopyri, qui raro fingendi



aſtu, ſibiq́ue ſponte impreſſis vulneribus, vt ſimularet defectionem; redegit Babylonios in poteſtatem Darij. Vir propterea tam gratus eidem Regi, vt is dono accipiens pomum Punicum, optauerit totidem Zopyros in Regno ſuo, quot in pomo illo erãt grana. Par fuit deſiderium Philippi Regis; habendi nimi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

nimirum ſubditos adæquè fidos, dum in Belgio nonnulli deficerent.

Chriſtophorus Cardinalis Madrucius faſcem haſtularum figurauit cum hoc lemmate, VNITAS.



memor Micipſæ Saluſtiani, & poſtremæ eius Orationis. Quam Seuerus quoque Imperator, moriens pariter, miſit legendam liberis ſuis, cùm animaduerteret, inter ipſos iam tum odij fauillas ſcintillare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Eleonora de Toledo, vxor Coſmi Magni Hetruriæ Ducis, Lucretiam pinxit Collatini vxorem: quæ à Tarquinio compreſſa, ne eſſet dedecori ſuperſtes,



mortem ſibi conſciuit; eratq́ue inſcriptio, FAMAM SERVARE MEMENTO. Vir ob virtutes plurimas, femina ob ſolius pudicitiæ famam commendatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Sigiſmundus Malateſta, Princeps Arimini, aram cum igne, & in eâ Mutij dexteram cum ſicâ figurauit, adiectâ Epigraphe, HIS GRAVIORA.



Paratus videlicet flammis & ferro non manum dumtaxat, inſtar Mutij, ſed corpus totum & vitam exponere inſtar Codri, pro ſubditorum defenſione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20


Aloyſius Gonzaga, vnus ex iis Caroli V. Ducibus qui vrbem Romam inuaſerunt, ac dederunt direptioni, flagrans Epheſi fanum Dianæ propoſuit, cum Epigraphe, ALTERVTRA CLARESCERE FLAMMA.



famæ vtique magnæ cupidus, & ob eam rem compos illius etiam, ſed malæ.

Eſt qui pro Symbolo elegit celebrem illam nauim, quæ VICTORIAE nomen conſecuta eſt; propterea quòd ſinus Oceani varios ſcopulosque

&



& maris monſtra omnia ſuperans, orbem terrarum vniuerſum, ÆMVLA SOLIS, circumierit.

Hæ collationes, tametſi conſtent Protaſi verâ, rejiciuntur etiam ipſæ nihilominùs à Symbolis Heroïcis: atque ita ſentiunt cum Academicis fermè Scriptores omnes, dum excludunt ab eiſdem Symbolis icones humanas. Nimirum peculiare hominis factum, cùm ſponte ſit, & cùm ideò potuerit non eſſe, haud præbebit argumentum efficax ad dele-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ctandum ſuadendumq́ue. Quid enim? vt pollicearis pietatem in Parentes, Æneam propones, qui Anchiſem humeris effert.

Si perpendas hominis ingenium, cùm ſit compos ſuæ libertatis; ſæpè in homine iſthæc officia deſiderabis. De Nerone audies:

Quis neget Aeneæ magnâ de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.


Ariſt. libro 7. Ethic. ad Nicom. Leges de quodam etiam, qui cùm accuſaretur quoniam patrem verberaſſet, hanc pro ſe habuit defenſionem: Sic parens iſte meus auum, ſic auus abauum verberauit: quin & filius hic meus paruulus, vbi adoleuerit, me parentem ſuum pariter verberabit; cùm id generi noſtro ſit hereditarium. De *Ibidem.* alio item leges, qui, cùm à filio raptaretur, monuit in ipſo ædium veſtibulo, ſiſteret furorem: nam eò vſque, nec vlteriùs parentem proprium ipſe raptauerat.

Quantò id ſanctiùs pollicearis, & certiùs de te ſuadeas, ſi ciconiâ vtaris potiùs; quæ defectos æuo & ſenio parentes effert, & diu ſuperſtites nutrit? Hæc pietas numquam deficit, omnibus inſita, immutabilis & conſtans eſt. Quod verò ab homine officium prouenit, eſt rarum, liberum, contingens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

gens, & ideò minùs efficax ad perſuadendum.

Paulus Areſius, qui hæc Symbola admittit, dummodò in Protaſi & Apodoſi ſignificatio eadem non fuerit; ſicut ipſi eadem non videtur, in Hercule ſuccollante oneri Atlantis: quod Symbolum placuit Philippo II. Hiſpaniarum Regi, poſtquam ei Ca-



rolus V. Cæſar & parens ceſſit Regnorum ſuorum adminiſtrationem, cum Epigraphe, VT QVIESCAT ATLAS. cùm alioqui eſſet omnino eadem ſignificatio,

catio, ſi Achillem quis pingeret, dum raptat Hectorem, idemque hoſti ſuo minaretur: hic, inquam, Auctor cenſet, vim probandi & ſuadendi exemplis non deeſſe, quantam ad Heroïca Symbola Scriptores alij requirunt. Nam ait, humanas res, etſi liberè geruntur, euadere immutabiles ac neceſſarias poſtquam geſtæ ſunt. Sed interpretatio hæc, ſi expendatur ad Philoſophiæ trutinam, nihilo plus conſequitur, quàm quæ ita geruntur, ea nihilo plus continere quàm verum contingens; & ideò exemplis deeſſe fortiorem aliquam vim ad perſuadendum: tametſi Protaſis in eis vera ſuperet ceteroqui Apologos, Parabolas, & Hieroglyphica, in quibus ficta, commentitia, & proxima veris ſolùm efferuntur.

Deinde exempli alicuius Protaſis, vel ab homine peculiari ſumetur; & tum Scipio Bargalius ait neceſſariam fore ſyngrapham, quæ ſignificet, Achillis imago ſit an Alexandri; vel ſumetur generatim ab ipsâ naturâ hominis, exprimendo ea quæ ſunt cuiuis homini communia, vti vultum ſublimẽ habere, diſſerere, ac ratiocinari: & tunc à ſemet deriuabit ſimilitudinem Symboli Auctor; ſi quidem homo eſt, & humani à ſe nihil alienum putat. Atqui hoc fieri nequit: nam, vt loquitur Lucas Contile, cum

homine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

homine homo ſimilitudinem non habet, ſed proprietatem. Sed & prætereà laus non eſt, profiteri ea, ad quæ omnes conditi & nati ſumus.

Non tamen religio ſit, partes humani corporis aliquando pingere, in Symbolis Heroïcis, commoditatis vel ornamenti cauſâ; nempe manum, vt gladium aut florem teneat: quia hoc Scipio Bargalius & Auctores alij admittunt, cùm in ipſis ſignificatio Symboli non fundetur.

Neque horrori erunt, quaſi mutilæ ſint, aut reciſæ: quia, vt ait Hercules Taſſus, Pictor ſimulat ſemper, corpus totum adeſſe quidem, ſed de induſtriâ occultari. Alioqui opus eſſet damnare Veterum Numiſmata, Annulos, & alia Symbola, in quibus partes eædem corporis humani ſolent figurari.

Fortaſſe nec erit opus reiicere hominis picturam in tabulâ, in ſpeculo, in amne, vmbram eius in ſole, laruas ſeu oris ſeu totius corporis, quales ex centonibus ruſtici conſarciunt ad terriculum auium: nam res artis vel naturæ, omnia hæc poſſunt cenſeri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT XIV.

An ad Heroïca Symbola ſit idonea comparatio, deſumpta ex iis quæ fortuitò eueniunt.

GOdefrido Bullonio, Heroï Magno, tribuunt tres eas ardeas, quas vno iaculo ſimul pene-




trauit, cum lemmate, DEDERITNE VIAM CASVSVE DEVSVE. Præſagium enim fuerunt expugnatæ Ieroſolymæ.

Catha-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Catharina Medicea, Galliarum Regina, perfractæ haſtæ adſcripſit; HINC LACRYMAE, HINC



DOLOR, viduata nimirum Henrico II. Rege, dum haſtis luderet.

Quidam Præfectus militiæ, Pyrrhus nomine, aſſumpſit pro Symbolo equum Iulij Cæſaris, qui neminem alium ſeſſorem paſſus fuiſſe perhibetur, cum lemmate; SOLI CAESARI. Eo autem Sym-



bolo Regis alterius Magni oblata ſtipendia recuſauit, maluitque deinceps etiam Cæſari, ſub quo diu meruerat, militare.

Multa ex hoc genere poſſent recenſeri: vt Thebis araneas, quæ telas candicantes ſemper circa Cereris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

valuas texuerant, demum veluti omen darent, nigro opere oſtium velaſſe, dum eò Macedones, cum armis infeſtis, mouerent. Sic Attilæ Hunnorum Regi, obſidenti iam triennio Aquileiam, ciconiæ quadam die pullos roſtro efferentes ac migrantes, victoriæ augurium fecerunt. Homini etiam, qui vltrò ac libenter fideiiuſſorem agebat, & qui rogatus ioco à venatoribus, pro lupo, dum erat iam intra caſſes, ſpoponderat; idem lupus velut officij memor abactas ex alio armento equas, & nondum inuſtas redonauit; atque has ille ad ſuum præſepe adductas, ſignatasque lupi ſtigmate, lupiferas nominauit.

Pauſan. in Bœotys.

Pier. l. 17


Strab. l. 5

Sed huius generis quoque Symbola communibus calculis reiiciuntur: quæ enim caſu vel fortuitò eueniunt, fidei quàm minimum faciunt; nos autem oportet conſtans quid & immutabile pro Symbolis noſtris Heroïcis ſectari.

CAPVT XV.

An ad Symbola Heroïca ſit idonea comparatio, quæ ſumitur ex arte factis.

PRæter alia quę percenſuimus in Operis Proœmio. Leo X. habuit pilam pugillatoriam, cum



eâ Epigraphe, Vi et virtvte. alludens verò ad ſenos familiæ ſuæ orbes, ſignificauit, non corporis modò, ſed & animi vigore vſurum ſe, dum regeret orbem

orbem terrarum. Sic,vt eam pilam luſoriam cæſtis rectè, aut in aërem vibres, aut venientem excipias, non ſola vis in lacertis, ſed inprimis ars, ſeu dexteritas conducit.

Henricus cognomento Auceps,extulit pro Symbolo falconem auem,in manu venatoris, cum lemmate, MAIORA CAEDVNT. *Falconem,* inquit




Iacobus Tipotius, *quis primus domuerit, non quæro: turpe enim, ſi Cæſarum aliquis: nam aliæ ſunt artes Imperatoriæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ratoriæ. Sic ille. Nihilominùs curas interdum alias quieſcere; vt animus leuamenti aliquid capiens, ad regimen, quaſi renouatis viribus, redeat vegetior, in Principe reprehendi non debet.

Edoardus I. Rex Britanniæ, vineam pinxit; quâ defenſi olim bellatores, ſuggredi tutò, & mœnia ſubruere ſolebant, cum hac Epigraphe; HINC




FORTIOR IBO. Videlicet eius Regni Proceres, Henricum Regem, Richardum fratrem, qui Cæſar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Cæſar iam fuerat appellatus,atq; Edoardum filium in cuſtodiam dederant. Sed is ex eâ euaſit, perdomuit rebelles, piéque ac fortiter tam parentem quàm patruum liberauit. Figurant alij xyſtum, aut carceris ſepta: ſed Heroïco Symbolo ea minimè congruerent.

Bellofortij, fratres Henrici IV. pro ſchemate acceperunt fores cancellatas, & ex catenis pendulas; quas, ſi ex inopinato hoſtes ingruant, vel vnus poſſit demittere: nam arcis portas tardiùs, & plurimi,



moliuntur. Lemma erat, ALTERA SECVRITAS. Quippe prudentis animi eſt, vni tantùm conſilio non fidere, ſed ſalutem collocare in præſidiis multis; quò ita, vno deficiente, alterum ſufficiatur.

Laurentij Prioli, Ducis Venetæ Reipublicæ, Symbolum fuit ſolare horologium, cum eâ Epigraphe: NVLLA HORA SINE LINEA.




Nullam in Principatu horam tranſigere ſine lineâ, & benefactis, ars eſt & laus multò præſtantior, quàm cùm Apelli non fuit dies ſine lineâ.

Guliel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Gulielmus Comes Palatinus Rheni, pro ſchemate habuit Dentale, quo glebam agricolæ comminuunt, & agrum exæquant, vt ſemen occatum terrâ cohibeatur. Lemma erat, EVERTIT, ET AEQVAT.



Nimirum optimi Principis eſt, deprimere illos, qui exſtant cum bonorum iniuriâ; & ad morum frugem, ſub quodam iuſtitiæ ac legum æquamento omnes continere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Alphonſus I. Dux Ferrariæ, globo incendiario diſſilienti, vomentiq́ue ignem & flammas, Epigraphen hanc Gallicam adſcripſit, AV LIEV, ET TEMPS. id eſt, Loco, & tempore.




Is, in celebri ad Rauennam prælio, cùm excogitauerit primus iſtiuſmodi ferreos orbes, fartos intus puluere pyrio, qui concepto igne diſrumpuntur ac ſtragem edunt; inſinuauit, ſicut ij accenſi citiùs auctorem læderent, & accenſi ſeriùs hoſti non obeſſent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

eſſent, ita debere magnas res loco ac tempore congruo ſemper geri.

Auguſtinus Bardius, ad teſſeram dimidiam, & in longum ſectam, cum notulis rei coëmptæ, adiecit hanc Epigraphen; RESPONDET VNI. Siqui-



dem vni & ſoli Principi ſuo facere obſequenter, & inprimis ſeruare fidem, propoſuerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Honorius de Bellis, ſerulæ innexæ orbibus volubilibus ac litteratis, circumſcripſit hoc lemma:



SORTE AVT LABORE: nam præſidio vtriuſque niti ad gloriam, ſtatuerat.

Globus maioris tormenti, excuſſus in congeriem lanæ, arcis muro prætenſam, cum eâ Epigraphe, In molli frangitvr, lenitatis eſt Symbo- *Paul. Areſ. in Symbolis ſacris.*



lum, quæ ſola virtus poteſt vniuerſum iræ impetum hebetare.

Larua


Larua cum Epigraphe, VERA LATENT, commendat prudentem interdum ac neceſſariam conſilij ſuſcepti diſſimulationem.



Rota ingens verſatilis, intra quam gradiens equus, aut moloſſus, & ſemper in imo tamen loco

MA-

MANENS, ATTOLLIT ALIA, fuit ſymbolum honeſtum cuiuſdam; qui alios à ſe promoueri, ſuammet verò promotionem à ſe negligi, gloriabatur.



Hæc Symbola Heroïca, deſumpta ex arte factis, probantur ſuffragiis Auctorum omnium; quoniam eis vera ſimilitudo ineſt, nobiliſſima inter comparationes alias, & vena, ſcaturigo, ac mater eorumdem Symbolorum. Nimirum præterquàm quòd delectat plurimùm, & eſt gratiſſimi vſus, collatio ex iis

 rebus

rebus artificiatis accepta, vim habet magnam etiam ad perſuadendum, cùm ex Protaſi conſtet omnino verâ, & ferè dixerim neceſſariâ.

Philoſophiæ quidem ſeuerius iudicium aliter cenſeret; ſed Muſæ mitiores, in quarum palæſtrâ verſamur, permittunt, vt neceſſarium appelletur omne id, quod ſemel & ſemper fit eodem modo, neque vllatenus variatur. Ita frænum eſt hominis inuentum; attamen, velit nolit homo, equus fræno regetur. Hominis pariter inuentum eſt ex artis præſcripto verſare argillam in rotâ: attamen; velit nolit figulus, ſemper exibit vrceus; cùm artis leges eæ ſint, vt ea in opere ipſo errare artificem non patiatur.

Præterea cùm facultates proprietatesque rei arte factæ ſoleant, vt plurimùm, ſicut & rei naturalis dotes, in Symbolis noſtris conſiderari; eæ verò proprietates non vni rei artificiatæ, ſed omni, & ſoli, & ſemper conueniant, fundant, quod inde fit, ſimilitudines idoneas, & induunt rationem quamdam veri neceſſarij. Atque hoc pacto, vti ars, æmula cùm ſit, naturam imitatur; ita opus artis imitatur neceſſitatem, quam habet opus naturæ.

CAPVT XVI.

An ad Symbola Heroïca ſit idonea comparatio, quæ ſumitur ex rebus naturalibus.

ETiam hîc attexam ſchemata huius generis multa, præter illa, quæ ſatis magno numero, ad ſpecimen operis initio recenſui.

Ludouicus VI. Rex Galliarum, & ex proſapiâ Pipini vltimus, ranam in paruâ inſulâ, quam cir-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

cumluunt aquæ, figurauit cum hoc lemmate, MIHI TERRA LACVSQVE. Vſus eſt eo ſymbolo ranæ Mæcenas etiam, eoq́ue, dum Auguſtus aberat, ſignauit litteras, quibus vectigalia & pecuniæ imperabantur. Vt mirum non ſit, teſſeram illam terrori fuiſſe populo Romano, quemadmodum Plinius memorat: quia eiuſmodi litteræ ſonum continebant odioſiorem multò, quàm quem edunt ranæ, quando importunæ atque obſtreperæ coaxant.

Ludouicus XII. Galliarum item Rex, Craterem



ſignum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ſignum cæleſte pro ſchemate habuit, cum eâ Inſcriptione, INTER ECLIPSES ORIOR. Vt enim hoc ſidus XV. Calend. Maij oritur, inter maiorum Siderum defectiones: ita ipſe Regnum adierat, mortuo abſque liberis Carolo VIII.

Alphonſus X. Rex Legionis & Caſtellæ, pelicano, dum ex fonte pectoris ſanguinem mittens, pullos charitate ſummâ irrorat, eosq́; vel nutrit, vel ad vitam reuocat, adſcripſit hanc Epigraphen, PRO LEGE, ET PRO GREGE. An quia lex naturæ ſemper



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

fuit, vt parens, quaſi paſtor, alat gregem liberorum, nec ſit eis ſuperſtes? Saltem Alphonſus Rex eo ſymbolo ſanguinem & vitam pro lege & pro ſubditis pollicitus eſt.

Ioannes Rex Aragoniæ, Salamandrâ vſus eſt; quæ aut igne alitur, aut ab igne non læditur: & lemma



Symboli fuit DVRABO. quaſi aſſiduè in aduerſis repeteret animo Virgilianam illam paræneſim;

Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Philip-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Philippus II. Hiſpaniarum Rex, ad truncos duos,ex lauro igniariâ fundentes mutuo attritu vaporem & flammam, ſcripſit lemmatis loco, DOMINVS MIHI ADIVTOR. Etenim extincta




gloria domus Burgundicæ,viſa eſt rurſus clareſcere in familiâ Auſtriacâ.

Edoardus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Edoardus II. Rex Britanniæ, pro ſchemate ſuo araneam pinxit, quæ flante vento, adhuc telam ſuam orditur, ac nititur contrà, cum Epigraphe, AVDENTIOR IBO. Etenim vis aduerſa, &



reſiſtens impetus acuit, non hebetat, genuinam veramq́ue virtutem.

Iacobus

Iacobus V. Scotiæ Rex, muſculum piſcem, qui cete belluam maximam, & minùs perſpicacem, propter graue pondus ſuperciliorum, ideoque in vada præcipitem, regit tamquam oculus, hac Epigraphe circumſcripſit, VRGET MAIORA. An



quia dedignari humiles ac tenuis fortunę homines, in Principatu non oporteat; cùm euenire poſſit, vt Regem & Purpuratum iuuet ſemiamictus aliquis, & aliquando etiam ſeruet?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Margarita Valeſia, Nauarræ Regina, figurauit pro ſe Heliotropium in Sole, cum hac Inſcriptione, NON INFERIORA SECVTVS. nempe vti



ſequitur flos aureus Solem aureum; ſic ipſa è ſtirpe Regiâ, maritum Regem meruerat.

Guido

Guido Ferrarius Cardinalis, puteo adſcripſit, MOTV CLARIOR. etenim aqua in eo fit limpidior, dum hauritur frequenter: ac de ſe pa-



rem ipſe claritatem pollicebatur, ſi amici haurirent crebrò ipſius liberalitatem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Leonardus Loredanus, Dux Reipublicæ Venetorum, elephanto hanc Epigraphen adiecit, NASCETVR. decennio enim vterum geſtat: & res magnæ



ſpatio euadunt validæ; quia feſtinatio plerumque improuida eſt.

Frideri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Fridericus Vrbini Dux, circa igniarium ſilicem & ignitabula ſcripſit pro lemmate, NON QVOVIS TERITVR: hoc eſt non ferro vulgari, ſed



ſolo chalybe: vt propterea neque conſtans in aduerſis animus eius, quidquam ab iniuriâ huius ſæculi ferrei pateretur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Guidobaldi Ducis Vrbini filius flammæ adſcripſit, QVIES IN SVBLIMI: & pulchrè, ſicut Fridericus Dux in ſilice, ita ipſe in igne luſit: oſtenditque



que hîc in terris ſe aduerſis quidem poſſe agitari, & quati; ſed quieſcere animum, cælumque ac ſedem Piorum meditari.

Hun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Hunfridus Comes Habſpurgenſis teſtudinem propoſuit; cui Sol interdiu vapore ſuo confert, vt ſupernatet mari, nec mergatur; cum lemmate illo,



IMMERSABILIS. Sic dum in Religionis luce ageret; ærumnis, ſapiens eius animus, mergi non poterat.

Cæſar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Cæſar Dux Mutinæ, Soli inter nubila, adiunxit hoc lemma, OBSTANTIA SOLVET: vt



qui perinde inuidos atque æmulos erat ſuperaturus.

Ferdi-


Ferdinandus Gonzaga, Præfectus ſupremus copiarum Caroli V. habuit pro Symbolo plumam aquilæ, inter diuerſarum auium plumas; quas aiunt ab eâ vnâ adigi ad teredinem & tabem. Lemma Symboli fuit, ALIAS DEVORAT VNA MEAS. In-



ſinuauit, ſua omnia priuata decora ſuperari ab vnâ eâ gloriâ, quam indeptus maximam erat, Aquilæ, hoc eſt Imperatoris Caroli, auſpiciis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Marcus Antonius Columna, Dux Paliani, vſus pro Symbolo eſt veſte talari, inter flammas, ex asbeſtino ſeu amyantho lapide; qui lapis velut in ſubtegmina finditur, ac texturæ operam admittit. Lemma erat, SEMPER PERVICAX: & eam con-




ſtantiam profeſſus eſt, quâ Veronam aduerſus Gallos ac Venetos defendit.

Andreas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Andreas Gonzaga, Marchio Guaſtallæ, ſcorpioni adſcripſit, QVI VIVENS LAEDIT, MOR-



TE MEDETVR. ſtatuerat ſiquidem exigere à reis pœnas; vt prodeſſent, ſi nocuerant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Curtius Gonzaga, Caſtilionis Marchio, Epigraphen hanc adiecit vitulo marino, SIC QVIESCO. nam ea bellua, dum tempeſtas eſt, ſupra ſco-



pulum ſtertit, ac dormit placidiſſimè. Ita inter fortunæ aduerſæ procellas vir magnanimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Ferdinandus Sanſeuerinus, Princeps Salerni, & Magiſter Equitum Caroli Quinti gruem figurauit, quæ lapillum pede ſuſpenſo tenet, cum lemmate; OFFICIVM NATVRA DOCET. Nam ei



ſtudium & exercitatio in naturam verterant, vt eſſet vigil.

Sfortia Palauicinus, contra Turcas pro Regno Hungariæ dimicaturus, pinxit muſtelam, cum rutæ ramuſculo, & cum Epigraphe, CAVTIVS PV-



GNAT. Eo quippe amuleto munita, congredi audet vel cum hoſte venenato.

Polyda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Polydamas Magnus ranæ Ægyptiæ, quæ tranſ-uerſum calamum in ore habeat, adſcripſit; VIRTVTE, NON VI. hoc enim pacto ſerpens hy-



drus impeditur, quò minùs eam voret. Decreuerat porrò ipſe ſemet potiùs virtute ſolâ tueri, quàm vi alios lædere.

Scipio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Scipio Bargalius accipitri adiecit Epigraphen hanc; RECTA SVRSVM. Non enim obliquè



aut per anfractus, ſed recto alarum agmine, ſurſum fertur: & ea ſapientis via eſt, cùm ad ſumma nititur.

Fran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20


Franciſcus Mandolus, gallo aui adſcripſit, NON DECIPIT SOMNVS. profeſſus per-



æquè vigilem ſe futurum ad prælia, & ad victorias.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Plin.l.37 cap.10. Curtius Burgheſius aſbeſtum lapidem, qui vbi ignem conceperit, numquam ſolet deflagrare, inſcripſit hac Epigraphe, SEMPER ARDET.



Semel placita, ſemper proſequi, & ſectari veram gloriam, ſtatuerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20


Franciſcus Lancius habuit pro Symbolo anſerem, ouis incubantem, cum hac Inſcriptione, NON ALIENA. Anſer ſua ſemper fouet; ita ipſe ſuis



ſemper intentus rebus, miſcere aliena numquam voluerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Antonij Mariæ Maraffij ſchema ſpeculum fuit, cum eâ Epigraphe, CVNCTIS AEQVE FIDVM. Erat quippe oſtenſurus veros vnicuique



vultus, ſi qui cenſuram aut conſilium rogarent. Vtinam ad eiuſmodi ſpeculum ſuos vultus comerent Aula & viri potentes.

Ioannes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20


Ioannes Baptiſta Trincherius gruibus, volantibus cum iniecto in os lapillo, Epigraphen hanc addidit, TVTA SILENTIA. Aues illæ ita peruolant



infeſta aquilis loca, ne gruendo ad prædam eas proritent. Vbique, ſed præſertim in Principum & Regum aulis, eſt conſilium optimum, SILERE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Ioannes Cephalus pinxit aues ſeleucides, cum
Plin.l.10 cap.27. hoc lemmate, ALIIS. Nempe in Caſpiis montibus hæ aues inueniuntur, vt locuſtas abigant à ſe-



gete; quam ceteroqui abederent, cum detrimento regionis. Porrò ſignificauit, nihil gratius ſibi poſſe accidere, quàm vt queat prodeſſe aliis.

Ioannes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Ioannes Baptiſta Brembatius figurauit trochilum, ſeu regulum, qui ſuper alas aquilarum ſublimis fertur: & lemma fuit, NON VSITATA,



NEC TENVI FERAR. Vſurus enim erat ipſe etiam aquilæ, hoc eſt Imperatoris, patrocinio;vt ad magna proueheretur.

Petrus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Petrus Franciſcus Tortolus, mappæ ex lino Indico, iniectæ in ignem, adſcripſit hoc lemma, TERGET, NON VRET. Nam à maculis ſordibusq́ue menſæ non vritur igne, ſed purgatur.



Plin. l. 19 cap. 1. Atque id cauſæ fuit, cur ex eo lino contexuerint olim ſacculos, ad ſeruandos in ſepulchrali pyrâ Imperatorum cineres. Ceterùm indicare voluit Auctor Symboli, ærumnis vitæ huius purgari, non vri animum ſuum.

Eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Eſt qui ſpicam figurauit, & flauam & pronam, cum eâ Inſcriptione, QVIA PLENA. Quantò quis



eſt dotibus egregiis cumulatior, tantò ſit animus eius modeſtior atque demiſſior.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Alius igni adſcripſit, NEC PROPE, NEC PROCVL. Principis gratiam, nec promereri nimiam, nec nullam, ſed aliquam, tutiſſimum eſt.



Neque diſſimile admodum videtur illud vetus Adagium, *Procul à Ioue, procul à fulmine*.

Flamma,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Flamma, quam ros aquæ perſpergit, vt magis accendatur, cum Epigraphe, EXTINGVERE



SVETA, oſtendit, ſtudio ardenti honeſtæ rei, parua impedimenta prodeſſe veriùs, quàm obeſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Roſa ſpinis ſepta, ſed propter odorem tamen & colorem amabilis, cum hoc lemmate, ABIGIT-



QVE TRAHITQVE, eſt Symbolum idoneum voluptatis.

Equus,


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Equus, quem lupus mordicùs læſerit, cum eâ Epigraphe, MORSV PRAESTANTIOR, perſuadet, capi etiam ab hoſtibus poſſe vtilitatem.



Lupus certè morſu ſuo equos generoſiores efficit, ac valetudine proſperiores.

Vltima, properans tardo gradu, accedit demum teſtudo, quæ cum eo lemmate, SVB PARVO, SED MEO, Symbolum eſt modeſti ac ſecuri animi.



Hæ ſimilitudines, ex naturæ dotibus & facultatibus acceptæ, prærogatiuam quamdam ſingularis excellentiæ, vti optimæ ac laudatiſſimæ omnium, promerentur. Eſt verò in eis tota vis ac pulchritudo Symboli Heroïci, poteſtas nimirum delectandi ac perſuadendi.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT XVII.

Cur ſimilitudo, præ aliis Comparationibus, delectet, ac perſuadeat.

LIbet hoc expendere ſeorſim, & tædium vitare Capitis prolixioris: promam autem ſimilitudinem ſeu metaphoram vnam aut alteram; & mox vtriuſque neruum ac robur exprimere conabor.

Veſpaſianus recenter vocatus ad Imperium, dum luſtraret Ægyptum, dixit ibi pro concione: HAVRITE EX ME TAMQVAM EX NILO. Quænam oratio potuiſſet in aures animoſque influere blandiùs, aut cor & venas irrigare benigniùs? Cælum non reſpiciunt Ægyptij, ſed Nilum ſpem annonæ, prodromum, imò parentem vbertatis. *Philoſtr. l. 5. c. 10. in Vitâ Apollon.*

Atqui ex Principe haurire poſſe omnem benignitatis modum, quanta erat futura felicitas? Quantò etiam Veſpaſianus hoc promiſit efficaciùs, promiſit delectabiliùs, dum vſus eſt ſimilitudine Nili, cuius eſt proprium, Ægyptiis aduehere ſimul vberes riuos, atque vberem annum; quàm ſi comparationem, aut ex inundatione aliquâ fortuitâ, quæ dediſſet aliquando alibi fertilitatem, aut ex alterius

benigni

benigni Principis exemplo, aut ex Parabolâ, aut ex Apologo ſumere voluiſſet?

Mentem peræquè exaſperat ac vulnerat conuitium, ſi cum hoc apparatu ſimilitudinis aut metaphoræ vibretur. Vt oſtendam id in tranſlatione petitâ ex arte factis, velim ſubeat animum recordatio Narſetis illius, qui audiuit Italiæ oppreſſæ Vindex & Liberator; quoniam vniuerſam gentem Gothorum ſuperauit, cum Rege Totilâ, victoriis claro, fortunaque diu propitiâ ebrio tantoperè, vt ſecurus & ludibundus venerit ad prælium vltimum ac decretorium; interque ambas acies, ante conflictum, phalerato equo & auratis armis conſpicuus, obequitauerit, ſæpiùs mittens in aërem iaculum, ac id rurſus accipiens, dum relaberetur.

Dux ille igitur, qui Totilam & Gothos vicerat, feminæ vnius imbellis amarulento & ſalſo dicterio victus ac proſtratus fuit. Quando nimirum, ex muliebri liuore, monuit eum Sophia Auguſta, deſineret tandem regnare in Italiâ, & rediret Byzantium, ad colum & fuſum, in Gynæceo, inter lucubrantes ancillas, tractandum æquiùs, quàm Romæ ſceptrum.

Nullum tam acutum telum, nec tam venenatum antehac hoſtes barbari contorſerant in Narſetem: pupugit

pupugit animum tranſlatio petita ex lanificio muliebri;nec fuit ferendæ huic ignominiæ homo conditione quidem ſeruus & eunuchus,ſed victoriarum & gloriæ compos. Reſpondit verò,nere ac texere in Regiâ domo ſe olim quidem didiciſſe ; at licio iam præparato,breuî orditurum ſe eiuſmodi telam, quam nec ipſa Auguſta , nec Iuſtinianus Vxorius Imperator vnquam retexerent : & tum Alboïnum Regem Longobardorum ex Pannoniâ,vt vno auulſo bellicoſiſſimæ gentis Duce,alter ſuccederet,in intima Imperij Romani viſcera accerſiuit.

Atque ita vnus Eunuchus , aduerſus viros plus quàm vir , aduerſus feminam minùs quàm femina fuit. Non tulit conuitium , quod illa armauerat metaphorâ ſeu ſimilitudine artis ignauæ; & in quo exprobrationem emaſculati animi, tamquam fulmen, vibrauerat. Perſtrinxiſſet & pupugiſſet leuiter alia quæuis comparatio : hæc patefecit locum vulneri magno, hæc animum totum exhauſit.

Sed age ; vnde-nam oritur in ſimilitudine aut metaphorâ , ſeu vis tam liquida ad delectandum, ſeu vis tam vehemens ad perſuadendum ? Vt rem expediam, ſic equidem exiſtimo : quando veniunt ſententiæ cum eo inſtructu collationis aut meta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

phoræ,tunc illæ proprios vultus poſuerunt, & quodammodò laruam habent; ideò ſeu honoris, ſeu contumeliæ, ſeu boni, ſeu mali nuntiæ fuerint, vehementiùs aut delectant, aut perturbant.

Quod ſpectat ad delectationem; dixi eam percipi maiorem, quando animus ac mens plura diſcunt; & euenire hoc in omni comparatione,in quâ vtrumque ſimile, & vtriuſque conuenientiam, & ingenium præſtans illius qui nouit res tam diſpares conferre, conſideramus. Quin & comparamus ea nos etiam; & dum hoc fit, noua emergit voluptas, quam animus capit, dum ipſe pariter iudicat Protaſim cum Apodoſi conuenire.

Hæc omnia experimur perinde in metaphorâ; quæ cùm ſit comparatio ad vnum verbum contracta, adhuc delectat liquidiùs & iucundiùs. Eodem modo cùm placeat Pictura explicatior, in tabulâ vniuersâ; placet ea magis, quando in arctum cogitur, & nihilominùs exiguo in loco nihil de ſe ab oculo patitur deſiderari; præferens vtique ſymmetriam eamdem, tantùm eo diſcrimine, quòd hîc pulchrè contrahitur, pulchrè ibi explicatur.

Iam cùm hæc ſint omni comparationi & tranſlationi communia, eoque ſimplici locutioni generatim

ratim collatio ſeu tranſlatio præſtet; adhuc excellit ſimilitudo inter comparationes alias, quia quò magis vera eſt, eò conciliandæ voluptati aptior cenſetur. Quid enim? trahit ſua voluptas vnamquamque facultatem animæ; & vim nobis inditam ad intelligendum, trahit VERITAS. Illam ideò odoratur, veſtigat, ac perquirit ſemper, iuxta Horatij verſiculum:

Atque inter ſiluas Academi quærere VERVM.

Placet Apologus, placet Parabola, placent Hieroglyphica, & alia ingenioſa id genus hominum commenta; quia iis veritatis imitatio quædam ineſt. Etenim

Ficta, voluptatis causâ, ſunt proxima veris.

Item placet adhuc magis Hiſtoria; ſeu fortuita euenta, ſeu res geſtas enuntiet: nam in his reperitur verum, ſed mixtum, aut libertate, aut caſu; & ne multis, verum contingens.

Sedenim eſt cur placeat maximè ſimilitudo quæ ſumitur ex naturâ, vel arte factis; quia in his continetur verum ſtabile, conſtans, ac perpetuum, citra metum, ne potiùs contrà ſit: fundat verò aſſenſus noſtros: & quod inde oritur, ſicut in iis eſt maior veritas, ita maior eſt voluptas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Quoad vim ipſam perſuadendi; videtur locutio ſimplex & propria venire ſola, & ſine comite ad aciem; locutio autem tranſlata ſuos adducere auxiliares, ac proinde adeſſe fortior, & potentior: etenim vnum ſimile in collatione ſeu metaphorâ, adiutorium eſt, & veluti ſuppetiæ ſimilis alterius. Diſcrimen tamen eſt, quia Protaſis, quæ ex Apologo, Chimærâ, fabulâ, Parabolâ, aut ex Hieroglyphicis hauritur, dumtaxat vim vmbratilem & commentitiam habet; eſt veritatis larua, non veritas: neque in eâ aliter contingit, quàm ſi ſtramineum commilitonem ad certamen quis adduceret.

Protaſis etiam, quæ ſumitur ex re fortuitâ, vel ab exemplo, in gradu ſuo ægrè conſiſtet, nec diu obtinebit ordinem; quia ineſt ei veritas quædam infirma, ex quâ tenue auxilium percipi aut ſperari poſſit.

Ne multis; hæ argumentationes habent tantummodò impetum ac vim inſtar grandinis, quæ nimirum fortis non eſt, niſi quando denſa vineam verberat, aut ſegetem flagellat. At nos dumtaxat argumentatione vnâ in his Heroïcis Symbolis impreſſionem in animos facturi, enimuerò debemus talem eligere, quæ habeat impetum ac vim inſtar fulminis:

fulminis: atque hanc ſuppeditat ſimilitudo, cuius Protaſis eſt manens, conſtans, ac perpetua veritas.

Nimirum Apodoſis, cui comes illa fuerit, mentem ferit potentiùs; quoniam ſecum vnà adducit ad perſuadendum, non laruam militis, neque gregarium aliquem, ſed Achillem. Adeò vt affirmare ſit, in ſimilitudine eſſe efficacitatem maiorem ad perſuadendum, quia in eâ maior eſt veritas.

Arctari fateor noſtra Symbola, dum ſolas admittimus proprietates artis, aut naturæ; vt delectent quàm maximè, & quàm maximè perſuadeant. Sed vitio id vertat, quiſquis vitium credit ſcientiarum etiam, vt dumtaxat neceſſarium opus naturæ eæ contemplentur. Nos prætereà etiam opus artis admittimus; ex quâ eruere liceat multa, eaque non incurioſa; præter diuitem ceteroqui naturæ theſaurum, quem poſſis adire in Hiſtoriâ naturali Ariſtotelis, Plinij, Æliani, Geſneri, Aldrouandi; aut in iis, quę Nicolaus Cauſſinus, & Antonius de Balinghem Scriptores noſtræ Societatis, ille in Symbolis Polyhiſtoricis, hic in Zoopædiâ ediderunt.

Certè Symbola noſtra iis limitibus circumſcripta, à nemine reprehendi, quin imò laudari & anteferri aliis ſolent. Quæ verò fiunt ex Apologis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Parabolis, Chimęris, Exemplis, aut Euentis fortuitis, aut Hieroglyphicis, ea paſſim traduci, expungi, damnari, aut ſaltem ſubiici cenſuræ conſueuerunt. Cur autem videns ac probans meliora, ſectari deteriora velim, vt Patronis poſteà indigeam, in Apollinis Curiâ, & in Senatu Litteratorum, qui ea defendere (ſi quâ tamen ratione aut ope valeant) enitantur?

Vna argumentatio, non plures, in vno Symbolo efferri poteſt, vt delectet ſimul & perſuadeat; ſicut vna in eo eſt comparatio: eligatur ea igitur, quę optima & efficaciſſima ſit, & quæ feriat inſtar fulminis: atque Arti Oratoriæ permittantur argumentationes aliæ, quæ infirmiores cùm ſint, feriunt inſtar grandinis; & quod ſingulæ nequeant, id vniuerſæ conficiunt. Alioqui ſicut vna grandinis pars in agris non facit tempeſtatem; ita vna alterius generis argumentatio, in Symbolis Heroïcis, nec faciet perſuaſionem maximam, pariter nec maximam voluptatem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

DE SYMBOLIS HEROICIS LIBER SEPTIMVS, ET IN EO DE FIGVRA SYMBOLI HEROICI.

QVID in figurâ reprehendi, quid laudari ſoleat; aut quæ vitia ſint, quæ illius dotes; iam ſeorſim conſiderabimus. Conferet verò id inprimis ad delectum habendum : vt figuræ nimirum eæ tantùm prodeant, quibus ab aliorum cenſurâ magnoperè Auctor metuere non debeat.

CAPVT I.

An figuræ plures in vno Symbolo eſſe poßint.

SI figura ea ſit, quæ exprimere ſola conſilium Auctoris abundè poſſit; fruſtrà erunt plures, & numero ſuo parient confuſionem. Cùm hoc verò certum ſit; quærimus potiùs in præſentiâ, num quando ſchemate vnius figuræ nequit omnino exponi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

poni Auctoris mens, adiicere tum alias, & quo numero, liceat.

Hieronymus Ruſcellius plures quàm duas non admittit. Paulò eſt liberalior Lucas Contile: ſed ſupra tres adpingi non probat: aut ſi prodeant aliquando plures, oportere ait, vt ad ſcopum eumdem vniuerſæ collineent.

Exiſtimauerim ego primùm; figuras plures, quæ ſolo diſcrepant numero, & poſſe interdum admitti, & debere laudari in Symbolis Heroïcis. Ex quo genere fuit ſchema Reginæ Hiſpaniarum, & in eo ſe-



ptena

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ptena Vrſæ cæleſtis ſidera, cum lemmate, VERTITVR, NON OCCIDIT. Quaſi moriens Regina illa non caderet, ſed orbem ſuum dumtaxat commutaret: manſura vtique in ſeptem liberis ſuis; ad quos alludere totidem Vrſæ cæleſtis inoccidua ſidera videbantur.

Exiſtimo deinde, figuras naturâ & genere plures, atque diſſimiles, poſſe conſtare in vno atque eodem ſymbolo; modò vni ſeruiant ſententiæ: præſertim ſi earum aliqua præ alijs habeatur præcipua. Quemadmodum eſt Roſa, quam hinc apis



 depaſci-

depaſcitur, & ex cuius fragrantiâ illinc ſcarabæus exanimatur, cum hac Epigraphe: VNI SALVS, ALTERI PERNICIES. Quod Symbolum ei accommodatur, qui de rore cæli, quaſi flos campi, natus dicitur *in ruinam, & reſurrectionem multorum*; & qui, vti panis diuinus ac cæleſtis, *mors eſt malis, vita bonis*.

Ceterùm ſatis ſuperq́ue notum eſt, quando figuræ ſunt plures, non debere præter naturæ ſeu artis ordinem ac modum eas collocari; quod monuit Scipio Bargalius; vt ſi boui aptaret quis frenum equi, & viciſſim equo iugum bouis.


CAPVT II.

An ex figuris, quæ non appareant, poßint fieri Symbola Heroica.

PAradoxum videar in medium adferre, aut ſtruere Lectori præſtigias; quaſi velim figuras non apparere, ac eas tamen exponere conſilium Auctoris. Vt quæſtiunculæ huius ſenſum explicem, non id quæritur iam, an figuræ loco eſſe poſſit aliquid quod ſit expers omnis picturæ, vel cælaturæ; quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20


quando illud ipſum ſententiam Auctoris exponit. Ex quo genere fuerunt, tum Ludouici Cardinalis



Borbonij tabula picturæ aptata, cum hac Epigraphe, MELIOR FORTVNA NOTABIT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Tum parmula alba, qualis olim Tyronum erat, & quâ vſus eſt Comes Eſſexiæ, occaſione mœro-



ris neſcio cuius, cum hoc lemmate, PAR NVL-LA FIGVRA DOLORI.

Quæ-

Quæritur potiùs, an idonea ſit figura illa, quæ nullatenus formatur in Symbolo, & ex quâ ſimilitudo nihilominùs hauritur. Cuiuſmodi ſunt ſidera; quæ, dum Sol interdiu micat, NON CERNVNTVR, ET ADSVNT. Quod fuit



Symbolum Philippi Cardinalis Spinolæ; vt eo ſignificaret, virtutem animi futuram in ſe adeò lucidam, præ cuius nimirum ſplendore dotes aliæ

generis ac fortunæ magnæ, tametſi claræ admodum, non deberent propemodum apparere.

A figurâ eiuſmodi, quæ nullatenus ex ſe pateт, tametſi per Epigraphen indicari poſſit, abſtinendum ſuadeo: quia obſcuritas Symboli numquam ſatis in eâ vitabitur: quis enim abſque interprete conijceret, in ſchemate propoſito ſidera conſiderari?

Dein, quia oſtendimus, Protaſim nec debere totam figurari, ita vt ſit expers lemmatis, nec debere totam narrari, ita vt ſit expers figuræ; ex eo manifeſtè oritur, debere etiam ſemper figuram aliquam pingi, atque adeò per epigraphen, quæ loco ſermonis eſt, proprietatem figuræ indicari. At in antedicto Symbolo non pinguntur ſidera, ſed exprimitur ſolùm eorum proprietas: nempe inſinuatur, eadem ſidera non cerni, & adeſſe tamen dum micant Sol & dies.

Excuſari figura poteſt, quæ cùm non appareat, in re ſaltem eâ proponitur, in quâ vtique ſolet eſſe. Ita bombycem, intra clauſtri ſui officinulam, inter
Pag. 53. alia Symbola Prooemij recenſuimus.

Rurſus Quæſtiuncula hæc agitari poteſt de figurâ, quæ formatur quidem, verùm tota non oſten-

oſtendit ſe, niſi proprij colores eam ornent. Quod eſt perinde, atque alijs vocabulis diſputare; num idonea ſit figura illa, quæ à coloribus ſuis dumtaxat hoc habet, vt agnoſcatur. Eiuſmodi eſſent ſpecilla vel rubra vel praſina; ſi quis vellet ſignificare, pro ſuo quemque affectu res alienas ſæpenumerò æſtimare.

Paulus Areſius iubet figuras huius generis faceſſere à Symbolis Heroicis; quia ære incidi, quia fundi, quia cerâ fingi, quia marmore ſculpi non queunt.

Hieronymus Ruſcellius admittit eas tantùm figuras, quæ vt noſcantur, colore nigro aut albo egent: ceteras cum Areſio ablegat.

Hercules Taſſus exiſtimat hoc pertinere ſolùm ad perfectionem Symboli Heroici; nempe vt figura ſit, quæ incidi, fundi, fingi, aut ſculpi poſſit.

Contrà Scipio Bargalius figuras coloribus ita obnoxias, non admittit modò, ſed laudat etiam: ac videri poſſet ſuffragari ei Paulus Iouius, dum refert, ac probat Symbolum Laurentij Medicei: hoc eſt, annulum aureum cum adamante, ac ternis plumis, albâ, viridi & rubenti, adiectâ Epigraphe, SEMPER.

Quo



Quo ille Symbolo conſtantiam ſuam in Dei cultu patefecit; tamquam is, qui florere ſemper in Fide,Spe, & Charitate propoſuerat.


In horum verò ſententiam equidem eundum cenſeo: ſi enim ſigna Gentilitia familiarum (etiam ipſa coloribus tam obnoxia, vt ab eis dumtaxat ſæpenumerò diſcrimen accipiant) ære nihilominùs, cerâ & marmore prodeunt; cur figuras coloribus peræquè amicas velimus à Symbolis Heroïcis ab-legare?

legare? quandoquidem figuræ in his numquam ſolæ conſpiciuntur, ſicut in ſignis Gentilitiis; ſed oratorem, hoc eſt lemma, ponè adhibent; cuius beneficio fiunt diſertæ, & ſupplent quod coloribus alioqui exprimi oportuerat.

Itaque colorum inſtar erunt verba; & in ære, cerâ, marmore, noſtris Symbolis erit conſultum meliùs, quàm ſigillis aut ſignis Gentilitiis, quæ colorum lumine carent, & tamen ſurdo opere prodeunt in lucem.

Sed quid? ars Encauſtica aurum, ſicuti libuerit, colorat: ex cerâ imagines fiunt tam pictæ, quàm in Pictorum officinis: marmore etiam inſititio & verſicolore formantur regionum, vrbium, hominum, ferarum imagines. Non igitur colores deerunt in marmore, cerâ vel ære, pro figuris illis, quæ coloribus propriis egent vt agnoſcantur.

Prætereà, quæ in æreâ laminâ incídes, ea referent colores proprios ſaltem, certo ductu linearum, ſi figura ex arte fiat. Schema oculis ſubiicio: Pars punctim inciſa, colorem aureum ſeu croceum; pars ſcalpro intacta, colorem argenteum, ſeu album; pars quæ exaratur lineolis erectis, rubeum;



pars quæ finditur lineolis tranſuerſis, cyaneum; pars quæ lineolis obliquis ſeu pronis aſperatur, praſinum; & quæ mutuis lineolis, quaſi clathris inumbratur, atrum ſeu nigrum repræſentat.

Siue autem hoc exigat natura colorum, qui diuersâ quâdam lege vibrent iubar luminis ſui, ſiue ſculptoribus ponere hoc diſcrimen lubuerit; dicuntur Pictores periti ſemper in æreâ laminâ proprios colores rerum agnoſcere, dummodò ſculptor ab artis ſuæ legibus non deſciuerit.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Quæ cùm ita ſint, tantò minùs erit neceſſe, figuras, quantumuis colorum indigas, ab Heroïcis Symbolis propterea ſubmouere.

CAPVT III.

An idoneæ ſint ad Symbola Heroïca figuræ, quarum proprietas eſt obſcurior.

QVoniam obſcuritatem quamdam amant religioſæ res, ac venerabiles; ideò Scipio Ammiratus eas figuras probat in Symbolis Heroïcis, quæ videntur obſcuræ, propterea quòd careant propriâ determinatione. Vt ſi causâ exprimendi Nilum, fluuius quiuis pingatur: nam ait tunc apponi debere Crocodilum, & Nilus erit.


At Paulus Areſius infert, euenire poſſe, vt potiùs de Crocodilo, quàm de Nilo Symbolum eſſe credatur.

Hieronymus Ruſcellius, quando Symbola futura ſunt perpetua, exigit figuras in eis, velut medio lumine temperatas; hoc eſt, non tam dixerim reconditas, quàm verecundas. Clariſſimas tamen vult eſſe in theatris & ludis publicis; vt dum videntur, agnoſcantur ſtatim, & placeant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Paulus Iouius nec admodum claras nec admodum obſcuras eas deſiderat: alioquin quiuis è vulgo Heroïca Symbola percipiet, ſi nimiùm clara ſint; ſi autem ſint nimiùm obſcura, oportebit interpretem Sibyllam accerſire.

Scipio Bargalius arbitratur, obſcuritatem Symbolis Heroïcis ſemper inimicam eſſe; & ideò reiicit figuras, quibus Auctoris conſilium liquidiùs & clariùs non inſinuatur. Sint huius generis epiſtolæ in ignem coniectæ, cum hac Epigraphe, ARDORIS ROGVS.



Quis

Quis definiet, amatoriæ fuerint, an felicitatis nunciæ, ſeu quæ gaudio fungerentur, ob rem benè geſtam, vel ob ſucceſſum aliquem lætum? Certè aliquando ſancti viri litteras ſuorum affinium, etiam officioſas & honeſtas, ſigillo intacto, & non reſeratas, igni dederunt; vt expediti à curis & à beneuolentiâ domeſticorum, agerent liberiùs cum Superis, ac Deo. Proinde incertus animi hæreat Lector, vtri ardori, nempe amori prauo an honeſto, Symbolum accommodet.

Sic igitur ſtatuendum opinor; ſolùm figuras illas idoneas non eſſe, ſi quæ obſcuræ adeò ſunt, vt ſatis mentem Auctoris non exprimant: quia enim in his deeſt ſignificatio, idcircò Symbola cenſeri non poſſunt.

Suaſerim proinde, vt dotes ac proprietates minùs notæ, gemmarum, germinum ac ſtirpium, quæ ſunt præſertim apud Indos repertæ, relinquantur Indis ipſiſmet; nec in Regionibus noſtris transferantur ad Symbola, niſi poſtquam fuerint nobis tam notæ, quàm ſi apud nos naſcerentur.

Imò figuras rerum etiam quæ in Europâ reperiuntur, ſi habeant occultas dotes ac facultates, & ſi eruditis ſaltem viris notæ vt plurimùm non cen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ſeantur, nolim equidem admitti; niſi admodum circumſpectè, & niſi ſpes ſuperſit, fore vt eis tantum lucis lemma tribuat, quantum ſit neceſſe ad obſcuritatem tollendam penitus vel minuendam.

Porrò iudicent alij, num in hoc cenſu habere Taxum herbam oporteat, cum hac Epigraphe, ITALA SVM, QVIESCE. Quæ nimirum her-



ba in Italiâ vapore maligno neminem afficit; cùm
Plin. l. 16. c. 10. in Hiſpaniâ tamen dicatur venenum afflare, adeò vt inchoënt longum ſomnum & perpetuum, quot-

quot

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

quot ſtrati ſub eâ ſoporantur. Vt propterea Hercules Taſſus, homo Italus, eam pro Symbolo ſuo elegerit, vt ſe nociturum nemini profiteretur.

At ſi quæ fortè Symbola ſenſus duos præ ſe ferant, ego ea cum Paulo Iouio laudauerim: non enim ineſt ipſis obſcuritas, ſed potiùs gemina ſignificatio: & fecunda ideò fetu gemello iudicabuntur potiùs, quàm monſtro ſimilia; quod aliquis videtur exprobrare. Niſi fortè id eueniat, vt in ſenſum vnum, ſicuti portenta in vnum animal, ambæ ſignificationes perperàm & confusè agglutinentur.

CAPVT IV.

An ſpecioſæ figuræ requirantur ſemper ad Symbola Heroïca.

AVctores nonnulli noſtra hæc Symbola ſtudioſiùs, quàm ſponſam domi ancillulæ, ornare & comere videntur; cùm tamen maſculam ſectari pulchritudinem in re Heroïcâ, reſpuere verò delicatam ac mollem oporteret.

Lucas Contile Centauros, Satyros, Faunos reiicit. At Plato Socratem ſuum ſimilem Silenis fecit: qui *In Conuiuio.*
foris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

foris rudes, intus continebant imagines Deorum.

Excludit quoque Dracones, Regulos, Hydras, Vrſos, Lupos, Crocodilos, Chamæleontes. At coronæ Deorum è ſpiris ſerpentum olim concinnabantur: & Tiberio Principi in deliciis fuit ſerpens draco, quem propterea diu aluit, & quem peremptum à formicis, interpretati ſunt aruſpices, admonere, vt Tiberius vitaret multitudinem; quaſi eſſet ſimulacrum Principis draco. Conſecrati etiam immortali gloriæ GREGORII XIII. à Principio Fabricio Teramenſi fuerunt libri VI. in quibus forma Optimi Principis trahitur ex ſolâ Draconis contemplatione, qui Draco eſt ſignum Gentilitium familiæ Boncompagnæ.

Hor. Apol. in Hierogl.

Sueton. in Tiber.

Fortaſſe murem etiam, ſordidum, etſi domeſticum animal; & muſcam, quæ impudentiæ Symbolum eſt, quia ſępiùs abacta, ſemper nihilominùs accedit; & ſcarabæum, cùm oriatur in fimo, moriatur in roſâ, excluderet Lucas Contile. At mus fuit Hieroglyphicum iudicij: quia ſi in panes varios incidat, optimum eligit: & inter Thraſones, Leonum ac Draconum picturis conſpicuos horribileſque, figurauit muſcam in clypeo ſuo Spartanus miles; potuitque exprobranti dein hoſti, quaſi ſtudio latendi id egiſſet,

Æl. l.4. c.18.

Hor. Apol. in Hierogl.

Plutarch. in Lacon.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ſet, reſpondere, ſe in acie dimicare tam prope, vt vel exiguum illud animal redderet hoſti conſpicuum.

Scarabæum verò in veneratione ſummâ, tamquam imaginem Solis, Ægyptij habuerunt: quia globulus, quem fingit ex fimo bouis, eſt mundi imago: & dum ab ortu in occaſum eum voluit auerſis pedibus, dum ab occaſu in ortum reuoluit, dum eumdem humi recondit ad dies XXVIII. quot Luna diebus Zodiaci ſigna duodena peruagatur; dum altero die eum extrahit, & mergit in aquam, quo die Luna cum Sole eſt, ac fit mundi generatio; dum prolem gignit habentem tricenos digitos, quot ſunt in menſe dies; dum, inquam, hæc agit, Solem videtur repræſentare.

Porphyr. l. de Abſtinent. ab animatis.

Ad hæc vnigena, mas, & vir eſt; ideoq́ue ſymbolum fuit olim viri fortis: quod cauſæ etiam erat, cur in Ægypto lex iuberet, vt milites in annuli gemmâ, vel in clypeo, geſtarent imaginem ſcarabæi: *ſignificante*, vt loquitur Ælianus, *Legiſlatore, oportere vt omnes eſſent maſculi, quicumque pro Patriâ dimicarent.*

Lib. 10. de Anim. c. 25.

Reor itaque, ſignificationem figuræ potiùs, quàm eius ſpeciem, in Symbolis Heroïcis ſpectari

debere: & illuſtrem hanc fore, ſi ea illuſtris fuerit. Alioqui ſatis intelligo, poſſe tranſlationi fœdæ ac minùs honeſtæ animalia eadem ſubſeruire. Ita præfationem ineptam vnius, qui theſes Philoſophicas publicè propoſuerat, & qui in fine rogauerat, vt ſi fortaſſe ſcarabæi aliqui eſſe in theſibus propoſitis viderentur, eos ingenij acumine Auditores expungerent; ita, inquam, eam præfationem excepit hoc ioco alius, qui primus erat diſceptaturus: *Scarabæus, quem ego ingenij mei acumine expungam, iacet in ſterquilinio* XIV. nam eius numeri theſim ſtatuerat oppugnare.

Ceteroquin ſcarabæi annulos, thoraces, clypeos, galeas, vexilla Ducum & militum implere poſſunt heroïcâ pulchritudine ac dignitate. Contrà vel Paridis lyram Alexander Magnus oblatam recuſauit; & iudicauit donum minimè offerendum ſtrenuo Duci eſſe amatorias fides.

Plutarch. in Alex.

Etſi verò iſthæc animalia ſunt aſpectu horrida, tamen in picturâ delectant; & hoc facit lenocinium artis, ſeu imitationis: quæ monſtris quoque aſpectum nobilem ac lætam faciem tribuere ſolet.

Quod in rem noſtram facit: quemadmodum in ſignis Gentilitiis familiarum leones aut erecti ſunt,

&

& quaſi pugnant, aut hoſtem perpauefaciunt intuitu minaci, aut contra eum procurrere videntur; ita in Symbolis Heroïcis animalia & feræ debent eo motu exprimi, in quo meliùs præ ſe ferant ſuam alacritatem. Sic laudatur à Paulo Areſio aries re-



trocedens, & veluti artus ac vires colligens, cum hac Epigraphe, VT VALIDIVS.

Ita ex pictoribus antiquis nonnemo (quia pingere iubebatur equum peruoluentem ſe in puluere *Ælian. lib.14.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

humi) potiùs currentem pinxit, ſed conſperſum tamen puluereâ nube; ratus magis conſentaneum arti eſſe, repræſentare imaginem decorè actuoſam. Interim quoniam alter id iniquiùs ferebat; monuit pictor vt tabulam inuerteret, & affirmauit tum fore, vt volutaretur equus, qui currere videbatur.

CAPVT V.

De figuræ alluſione variâ & ingenioſâ in Symbolis Heroïcis.

SVnt grata inprimis ea Symbola, quorum figuræ referuntur vel ad Auctores ipſos, vel ad illos ad quos ea ſpectant: ita vt quaſi ex propriis rebus nata eſſe videantur. Huius generis multa recenſuimus initio, vti fuerunt tum vnio gemma, tum concha eius mater, alludens ad nomen Margaritæ Auſtriacæ Hiſpaniarum Reginæ. Vrſa item alludens ad cognomentum familiæ Vrſinæ, & pariter Taxus herba Symbolum Herculis Taſſi.


Pag.62. & 63.

Pag.18.

Laudem eamdem habet Iris, ſeu cæleſtis arcus in nubibus à Sole pictus; & qui eò maior ſolet formari, quò fuerit Sol in cælo altior & ſublimior, cum hac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Epigraphe, A MAGNO MAXIMA. quod fuit Schema Comitis Ioannis Baptiſtæ ab Arcu; vt ſpem faceret, tantò futurum ſe famaque & factis clario-



rem, quantò excelſior eſſet Princeps ille, ſub quo in bello mereret: militabat autem Regi Romanorum.

Neque diſſimile eſt Symbolum cuiuſdam ex familiâ Campanâ, qui extra patriam genitus, atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

educatus, vt gratum animum profiteretur erga illos quorum hauſerat mores, nolulam figurauit, & adſcripſit ei hoc lemma, COMMIXTIONE CLA-



RIOR: nam ea ſtrepitu dulciori reſonat, quando conflatur ex metallis diuerſis.

Pulchrum eſt etiam, ſi figuræ ad ſigna Gentilitia alludant: ex quo genere fuit globus cryſtallinus *Pag.* 12. CLEMENTIS VII. atque adeò ſchema Hieronymi Columnæ Ducis Paliani, ac Præfecti copiarum

piarum Regis Ferdinandi. Figurauit enim Sirenem, vetus familię ad apicem galeę ornamentum; & lemma eius fuit, CONTEMNIT TVTA PROCELLAS. Quippe agebat ipſe etiam ſecurus& ſerenus




in re ſeu tranquillâ ſeu turbatâ, tamquam Siren: quæ, vel placidum ſit mare, vel iratum, in eo tamquam in domicilio quieſcit.

Ingenioſè pariter, ſupra fores Rhetorices, in Collegio Romano, Alexander Donatus noſtræ Societa- *De Arte Poët. l.3. cap.32.*

tis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

tis, dum ipſe ibi Antiſtes Eloquentiæ FRANCISCVM CARDINALEM BARBERINVM, EX CAROLO FRATRE VRBANI PONTIFICIS natum, ſalutaturus eum in purpurâ, expectaret, propoſuit hortum floriferum atque roriferum, cum hoc adiecto Epigrammate; EXPECTAT APES. Secum enim Apes Gentilitias, & in



moribus prorſus omnem earum dulcedinem ac ſuauitatem, Hoſpes maximus & humaniſſimus eò inferebat.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Ad inſignia dignitatis Imperatoriæ alluſit ille, qui vt Cæſaris ope ac patrocinio ſe grandia, quæ moliebatur, effecturum polliceretur, Aquilâ vſus eſt lapides ad nidum ferente, cum lemmate, MATVRABITVR PARTVS. Plinius enim tradit, fe-




lix & proſperum reddi puerperium per eiuſmodi lapides, quos in nidum ſuum aquilæ importauerint.

Si demum pertineant vel ad rei alicuius geſtæ cum gloriâ commemorationem, vti ſunt calcaria in Symbolo B. Aloyſij Gonzagæ, vel ad profeſſio- *Pag. 9.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Pag. 6. nem vitæ anteactæ, vti galea in Symbolo alio S. Ignatij Loyolæ Societatis noſtræ conditoris, commendari ea quoque plurimùm ſolent.

Sic è Clero aliquis dum tranſcriberetur inter Academicos Philharmonicos, Muſicum organum, vt vocant, quo in Templis dumtaxat ad harmoniam ſacram vtimur, figurauit, & ſcripſit lemmatis loco,



NON AD CHOREAS: etiam ipſe Academiæ Poëticos modos tantummodò ad argumentum ſacrum temperaturus.

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

DE SYMBOLIS HEROICIS LIBER OCTAVVS,

ET IN EO DE SYMBOLI HEROICI EPIGRAPHE.

AGEMVS ſeorſim iam de adiectâ eâ inſcriptiunculâ, quâ ipſi figuræ conferre loquelam & ſonum Scriptor Symboli Heroïci videtur, ac Theonem Pictorem imitari, dum is armatum virum, quem pinxerat, ex vrbe obſeſſâ in hoſtium cuneos prodeuntem, non priùs reducto velo oſtendit, quàm iuxta tabulam ipſam tubicinem adhibuerit. Tunc enim claſſico audito, ac patefactâ ſimul picturâ, miles ille pictus non hærere in tabulâ ipſâ, verùm exciri ſono, egredi, & pugnare propemodum viſus eſt. Nec minùs viuidam, ex adiectâ epigraphe, habent figuræ Symboli Heroïci emiſſionem.

Aelian. l.2.Var. Hiſtor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT I.

De lemmatis breuitate in Symbolis Heroïcis.

CVm vnam ſententiam conflare ſimul debeant figura & lemma ; & cùm Protaſis nec tota coloribus , nec tota verbis exprimi debeat in Symbolis Heroïcis ; hinc lemmatis loco in eis requiritur inciſa oratio , & veluti mutila , tamquam Echo. Quæ videlicet dumtaxat figuræ ſilentio medeatur, atque proprietatem illam , ex quâ ſimilitudo hauritur , quàm breuiſſimè attingat.

Ideò Auctores paſſim reſpuunt integram ſententiam : admittunt verò aut duas tantùm voces , vt Lucas Contile ; aut etiam tres, vt Paulus Iouius.

Certum eſt , lemmata illa vſurpari non poſſe, quæ carminis vnius menſuram excedunt. Propterea dicenda erit ad aliud genus Emblematis pertinere Franciſci Regis Galliarum Salamandra , cum hoc diſticho:

Vrſus atrox, Aquilæq; truces, & tortilis anguis
Ceſſerunt flammæ iam, Salamandra, tuæ.

Imò , ſicut ab integrâ ſententiâ , ita etiam ab integro verſu abſtinendum ſuaderem ; ſi præſertim Heroïcus,

roïcus, Elegiacus, vel Hendecaſyllabus fuerit. Non me latet tamen, ſecùs exiſtimaſſe Paulum Iouium; atque adeò Scipionem Bargalium alioſque, Italico verſu Hendecaſyllabo, interdum pro lemmate vſos eſſe: qualis eſt Epigraphe, adſcripta ſerpenti, conſtitutæ inter ſaxa duo anguſta.

Cangio la vecchia, è noua ſpoglia prendo.

id eſt,

Commuto exuuias veteres, ac ſumo recentes.

Porrò Hemiſtichium videtur eſſe iuſta lemmatis menſura, vel magnitudo.

CAPVT II.

Quandónam lemma cenſeri debeat omnino vel ex parte otioſum.

TVnc lemma omnino eſt otioſum, quando exprimit tantùm ea, quæ cunctis nota & perſpecta ſunt. Ex quo capite laborat Laurus prope riuulum, cum Epigraphe, DEO COADIVVANTE. quod fuit Symbolum Hieronymi Ruſcellij. Quis enim ignorat perpetuum Dei fetum naturam eſſe?

Item lemma omnino eſt otioſum, quando id ipſum ſonat, quod ſatis ceteroqui figura exprimit. atq; ex hoc genere fuit Symbolum Nicolai Antonij Marchionis de Vico: qui vt profiteretur conſtantiam, figurauit in igne & inter malleos adamantem, & pro lemmate adſcripſit, SEMPER ADAMAS.

Perinde otioſa aliquo modo cenſentur lemmata, cùm ea partes figuræ nominant, quæ alioqui ſatis produnt ſe. Quam cenſuram mereantur fortaſſe, Aſpis coluber, caudæ in iectu aurem occludens, cum Epigraphe, MENTEM NE LAEDERET AVRIS; & Columna dum à ſole illuſtratur, cum hac alterâ Epigraphe, TANTVM VOLVITVR VMBRA. Indicant enim ſe affatim auris & vmbra ſolius picturæ beneficio.

Poſſe nominari tamen partes figuræ tum reor, quando etſi coloribus expreſſæ videntur, indigent nihilominùs lemmatis determinatione.

Vt putem ideò eſſe paulò ſeueriorem cenſuram Herculis Taſſi, quâ paluſtres arundines cum Epigraphe, FLECTIMVR, NON FRANGIMVR VNDIS, reprehendit, in Symbolo familiæ Aquauiuæ. Etſi enim apparent aquæ, in quibus alluditur ad Gentis Aquauiuæ cognomentum: attamen, niſi

niſi nominentur vndæ, quis Lectorem determinabit, vt de illis potiùs, quàm de ventis loqui arundines arbitretur?

Peræquè vindicari poſſunt ab eiuſdem Herculis Taſſi cenſurâ grues quæ mare tranſuolant, cum lemmate, VEL CVM PONDERE. De quo Symbolo generali Academiæ *Inſenſatorum*, in poſtremo Libro agemus. Lemma enim otioſum non eſt, quod figuræ ſignificationem determinat, efficitque, vt comparatio à volatu & pondere ſumatur potiùs, quàm ex eo quòd grues vel abuolent gregatim, vel mutent prouido conſilio regionem cæli afficientis, vel illis tantum animi ſuperſit, vt ſpatia maris ingentia, abſque omni ſpe quieſcendi, à littore ad littus peruadere non vereantur.

Sed Hercules Taſſus ab hac parte religioſior, quàm par eſt, videtur: ideoque reprehendit etiam lemma illud, SAVCIAT, ET DEFENDIT; quod *Pag.* 41.
Nicolaus Vrſinus Pitiliani Comes millo circumſcripſit; & aliud lemma Pilæ pugillari adſcriptum, nempe PERCVSSVS ELEVOR: & lemma hoc *Pag.* 42.
item adiunctum Monoceroti, VENENA PELLO.

Nimirum hæc adeò non ſunt otioſa, vt potiùs figuræ proprietatem proponant pulchrè atque determinent:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

terminent : qualis determinatio eſt, ſi adſcribas, vel frondibus ex arbore deciduis, FACILIS IACTVRA; vel Accipitri dimittenti ex falculis auiculam, NON FVGA, SED CONTEMPTVS. Inſtruetur enim Lector, ac reddetur conſcius proprietatis, quam vnam de multis Auctor Symboli elegit, vt animi ſententiam patefaciat.

Ita memini ego, non diſplicuiſſe Romæ Symbolum, quod propoſui in funere Hieronymi Neri nobilis Genuenſis; cùm is obijſſet in ipſo ætatis atque indolis flore. Erat verò ſolare Horologium, cum hac Epigraphe, EX NIGRO DISCES: & vmbra, quæ in eo atra ſeu nigra eſt, potuit nominari; vt conſtaret, quænam è multis ſignificatio eſſet potior habenda, inſinuareturque, ſicut ex vmbrâ Horologij quantum nobis ſuperſit diei agnoſcimus, ita ex morte Hieronymi Neri conijci poſſe, quantum nobis ſupereſſet vitæ. In quam ſententiam ſolari Horologio aliquando ſubſcripſi:

Si neſcis, Hoſpes, ſunt hîc Oracula Phœbi.
Conſule; reſpondent hoc tibi, DISCE MORI.


In horâ enim, nulla eſt mora; incipit, deſinit; oritur, moritur: nos quoque ad momenta & ſpatia quæuis horaria incipimus, deſinimus; orimur, & morimur.

Præ-

Prætereà cauendum eſt, ne vel in ſolis particulis otioſum lemma videatur: idcircò reijciuntur particulæ omnes demonſtratiuæ, quas appellant, ſeu quæ figuram, quantumuis pictam, adhuc Lectori demonſtrant. Vt ſi figuraret quiſpiam clypeum, cum eo Spartanæ matris celebri admonitu, AVT CVM HOC, AVT IN HOC. eamdemque promeretur cenſuram Ceruus conſauciatus cum dictamno, & cum adſcriptâ Hiſpanicâ Epigraphe, ESTO TIEN SV REMEDIO, NO IO. Id eſt, Habet hic remedium ſuum, ego illud non habeo.

Multò magis debent excludi, tamquam otioſæ, omnes particulæ comparatiuæ, SIC, ITA, HAVD ALITER. Non ſolùm enim redundant; cùm omnes ſciant, Symboli figuram debere Auctori ſuo accommodari: ſed inſuper hæ particulæ ad ipſum lemma non ſpectant. Cuius vtique lemmatis munus eſt, vt ſit pars Protaſis, ſeu aſſumptionis dumtaxat; abſtineat verò ab Apodoſi, ſeu collatione, nec eam vllatenus tangat. atque hoc vtroque modo peccat Epigraphe illa Cerui cum dictamno.

Cenſetur etiam geminũ hoc vitium eſſe in Symbolo Vincentij Gonzagæ Ducis Mantuæ, in quo Luna, quæ ſurſum cornua exſerit, hos tres characteres, SIC, in medio adſcriptos habet. Aliqui ta-



men in eis agnoſcunt potiùs trium vocum initia, quæ hoc lemma conficiant, SIC ILLVSTRIOR CRESCAM. Quaſi Luna ipſa glorietur, ſe paulatim augeri, ac ſenſim creſcere; atque adeò inſinuet non aliter res magnas prouenire: nam alioqui ea, quæ citò fiunt, citò etiam pereunt.

CAPVT III.

An Reticentiæ ſit locus in lemmate Symboli Heroïci.

QVoniam in lemmate placet breuitas, adhuc placebit magis in eo Reticentia. Ita enim omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

nes comparati ſumus, vt amemus ea, quæ veluti noſtra eſſe opinamur: & ideò Symbola illa amabimus etiam, tamquam propria, in quibus partem lemmatis, velut ex ingenio noſtro, ſubſtituemus. Quod fit beneficio Reticentiæ, dum ipſa nimirum relinquit aliquid de induſtriâ, quod à Lectore dein ſuppleatur.

Exemplo ſint, Scipionis Bargalij Symbolum illud, in quo ſclopeti rotula cum ſilice igniario inſcribitur, hac Epigraphe, SI TANGAR.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

& Cometa, cum Horatij hemiſtichio, MICAT INTER OMNES.



& nauis, quæ tempeſtate agitatur, cum inchoatâ eâ Virgilianâ parænesi, DVRATE. Inuitat enim Reticentia, grato quodam lenocinio, Lectorem, vt ſtatim addat,

—— & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Curan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



Curandum eſt tamen, vt ea quæ debent ſubſti-tui, obuia ſint & nota; ſecùs Reticentia erit potiùs oneri ac labori quàm voluptati, ſi Lectorem opor-teat diu ac nimiùm veſtigare, quidnam innuere Auctor Symboli voluerit. Et fortaſſe hoc vitio la-borat Turtur vidua, cum eâ Epigraphe, ILLE MEOS. neque enim occurret cuiuis, & tam citò, ex Virgilio,

—— primus, qui me ſibi iunxit, amores
Suſtulit. ——

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Alioqui Reticentia erit ſemper lemmatis decus, & ornamentum.


CAPVT IV.

An poſsit lemma ea continere, quæ ſint figuræ contraria, vel diſsimilia.

ETſi debere eſſe conſentanea figuris lemmata, citra omne dubium videtur: quis enim probet aut Veſpertilionem cum hoc lemmate, LVMINE GAVDET; aut Arcum & Iacula perfracta cum Epigraphe, FRACTA MAGIS FERIVNT? quo poſteriori Symbolo quidam vſus eſt, poſt vxoris obitum, in mœſtiſſimo eius deſiderio. Nihilominùs lemmata, quæ ſumuntur à contrarijs & diſſimilibus, velut ſuffragio triumuirali probantur ab Hercule Taſſo, à Paulo Areſio, & à Scipione Ammirato.

Sed & ſuffragatur eis CAROLI V. tanti nominis auctoritas, & teſſera eius pluſquam Herculea; columnæ videlicet duæ, cum Gallicâ Epigraphe, PLVS OVLTRE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



At Paulus Iouius, Scipio Bargalius, & Auctores alij ea reijciunt; cùm ſimilitudine careant, quæ eſt anima Symboli Heroïci; cùm ad Apodoſim potiùs pertineant, quàm ad Protaſim; cùm inter locos argumentorum, infirmiſſimum obtineant probationis genus. Quæ omnia ſunt adeò clara & perſpecta, vt neceſſe non ſit ea prolixiùs exponere.

At enim, Symbola Heroïca affinitatem quamdam cum Poëſi habent; aliquid proinde in eis fingi poteſt: ſicut interdum fingimus in eis figuras loqui.

Reſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Reſpondeo, non licere vt quis naturam figuræ conſtituat aliter, ac reipsâ eſt: vti eſſet, ouiculam pro leone, pro veſpertilione aquilam vendere; quod ij agunt, qui lemmate vtuntur minimè conſentaneo, & qui tribuunt figuris proprietates alienas.

Ceterùm, aliud eſt figuræ alicui ſermonem commodare, quod in Oratione etiam, nedum in Poëmate, fieri congruè poteſt per Proſopopœiam; aliud eſt figuræ ſermonem eumdem velle tribuere, perinde ac ſi proprius illius foret. Quod cùm non fiat in Symbolis Heroïcis, nec debent in eis fingi proprietates, quæ illi non conueniant.

Lemma igitur contineat ea, quæ ipſi figuræ ſemper & vbique conueniant; abſtineat verò ab ijs, quæ numquam aut raró de eâ poſſunt affirmari. Ita Scipio Bargalius reprehendit meritò triremem, quæ ventorum flabris reluctantibus in portum nititur, cum hac Epigraphe; MORANTVR, NON ARCENT. Sæpè enim venti eam à portu reijciunt: & cùm eiuſmodi proprietas perpetua non ſit, poterit lemma verum ex æquo & falſum eſſe; ideoq́ue Symbolis Heroïcis aptum non cenſetur.

Tribuere verò id figuræ alicui determinatæ, hoc eſt naui, quæ reipsâ, Euris obnitentibus & oppugnantibus

gnantibus portum tenuerit, eſſet Symbolum deſumere ab re fortuitâ & contingenti : ac deberet pati eamdem cenſuram, quam patitur apud primarios Auctores Nauis VICTORIA, cum eâ Epigraphe, ÆMVLA SOLIS, de quâ diſſerüimus alibi. Tametſi aliter ſentiat Paulus Areſius ; & aſſumat, ſemper de illâ poſſe narrari, Orbem terrarum vniuerſum eam circumnauigaſſe.

Quod ſpectat ad ipſas figuræ proprietates, rectè admonet Scipio Bargalius ; haud videri neceſſe, vt ſeueros iudices conſulamus, & ſciſcitemur, num prorſus ita ſe habeat, quemadmodum paſſim omnes tradunt : vti à Remorâ ſiſti ingentes naues ; referri à Chamæleonte colores varios;digeri & confici ferrum à Struthio-camelo, ab eoq́ue oua ſolo intuitu foueri : Phœnicem eſſe, & ex funere proprio renaſci ; pullos à Pelicano ſanguine pectoris, leunculos à leone rugitu exſuſcitari.

Nimirum in noſtro theatro agitur benigniùs, quàm in Philoſophiæ Lyceis : accipitur communis fama ; & creditur, quemadmodum ſcribunt Auctores plurimi, ita rem haberi.

Porrò inter proprietates, accenſeas quoque illa, quæ interdum fiunt ex naturæ quidem inſtinctu,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ſed accedente induſtriâ & inſtitutione; vti pſittacum canere modulatè, vel imitari humanas voces: à cane per vrbis compita duci hominem cæcum, & abſque errore domum reduci. Natura enim ad hæc idonea & apta in pſittacis & canibus ſemper fuit, & ſemper etiam erit.

Quod deinde aiebam, proprietates eius generis eſſe debere, vt ſemper & vbique figuris ſuis conueniant: ita id velim accipi, ſicut Philoſophi etiam accipiunt; hoc eſt, vel in quocumque ſtatu, vel, vt ipſi loquuntur, in determinatis circumſtantijs: nempe in Autumno ſemper arborum folia decidere; Pyramidem in meridie vmbram non iacere; galeam militarem, quando eſt loco foculi, calefacere.

Poſtremò & illud inſinuauerim, Symbola ea mereri ſingularem laudem, in quibus proprietas figuræ conſideratur, non ea quidem quam omnes paſſim norunt, vti ex flore, id quod dulce fuerit hauriri ab Ape, relinqui quod fuerit amarum, vel Roſam inter flores ſuauiſſimè olere; ſed alia dignior,
Pag. 50. & quæ minùs frequenter obuerſetur animis, vti A-
Pag. 49. pem legere mel ex flore ſine eius damno, & Roſam inter allia vel cœpas florere adhuc amœniùs.

Ita

Ita ſi conſiderem in formicâ prouidum eius laborem, & curam œconomicam; id non adeò placeat, ac ſi potiùs referam, illi eſſe curæ ſepulturam ſodalium ſuarum. Nimirum intra parua caſtra ſeu tabernacula formicarum ſunt cellæ tres, in quarum vnâ communis vita ab eis agitur; in alterâ horreum ſeu penuarium eſt, in tertiâ mortuæ ſorores ac ſociæ tumulantur. Hoc autem illæ tantoperè ſeruant, vt vna, quæ eundo peregrè obierat, aliquando viſa fuerit ad manſiunculæ propriæ oſtiolum reportari: quò videlicet vnà cum tribu ſuâ ibi ſepeliretur. Et tum habuerunt externæ formicæ geminæ, quæ illam retulerant, granum tritici, atque aridum vermiculum: crederes, panem & pernam data eſſe fatigatis, vt ientarent, vel vt cum eo præmiolo ad domeſticum epulum redirent. *Plutarch. de Induſtriâ animalium.*

CAPVT V.

Quonam pacto eſſe debeat morata Epigraphe Symboli Heroïci.

LEmma mores tribuit ipſi figuræ; quæ alioquin, ſi vox non accederet, ita innocens maneret, vti ſponte eſt, & ab ingenio ſuo.

Offerent ſe interdum Symbola, quæ aut ſuperbiam, aut ambitionem, aut contumeliam aliorum, aut obſcœnum amorem, aut alia perturbati animi argumenta continent: & ex his nonnulla, ſed ſine icone, iam referam: nam quæ ſine virtute, imò cum vitio fiunt, ea ornare non debeo.

Terminus cum Epigraphe, NEMINI CEDO, ſchema fuit Eraſmi: quamquam is vt faſtum ſuum tegeret, de morte à ſe agi affirmauit, quoniam hæc nemini parcit. Haud videtur tamen omnino extra ſuperbiæ notam eſſe, quia mors cedit Deo, & Ioui terminus cedere recuſauit.

Camelus humi procumbens, ac merces iuxta ſe habens, cum lemmate, DONEC ACCIPIAT, Symbolum hominis qui honores falſis obſequijs ambiebat.

Camelus etiam perturbans pede aquas, quas biburus eſt, cum Gallicâ eâ inſcriptione, LE TROVBLE ME PLAIST. hoc eſt, Turbas ciere, eſt mea voluptas.

Ignis magnus cum nube fumi, & cum lemmate Italico, DOVE E GRAN FVOCO, E GRAN FVMO. id eſt, Ibi magnus fumus eſt, vbi eſt magnus ignis. quo ſchemate vir aliquis prima-

primarius excuſauit arrogantiam, cuius inſimulabatur.

Tubus papyraceus fartus puluere incendiario, cum hac adiectâ Epigraphe, TANTVM CREPITVS, eſt de homine ſuperbo.

Sepia quæ occultatur nigrore diffuſo, & piſcatorum ſæpenumerò induſtriam eludit, cum lemmate Hiſpanico, MAS SE BVSCA, MAS S'ASCONDE. id eſt, Eò latet magis, quò magis quæritur. atque hoc Symbolo deſcribuntur effugia hominis callidi ac veteratoris.

Arbor Perſica cum inſcripto lemmate, TRANSLATA PROFVIT. Notatur alius, quaſi ingenij praui & viroſi aliquando fuerit.

Platanus cum Epigraphe, VMBRA TANTVM. Carpitur in alio faſtus & luxus: nam ea olim arbor, propter ſolas vmbræ delicias in hortis nutriebatur tam lautè, vt interdum vino irrigaretur. Peculiariter Xerxis amentiam quis ignoret? qui platanum ornatam donarijs & armillis ſibi deſponſauit, eâdem ſapientiâ, quâ & mare propter hauſtam claſſem iuſſerat flagellari.

Sus dum occiditur, cum hoc lemmate, TANTVM FRVGI, eſt de homine ingenij ſordidi ac deparci.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Crocodilus cum Epigraphe, PLORAT ET DEVORAT, eſt quoque in dedecus alterius; nec ignoratur vetus parœmia de Lacrymis crocodili.

Formica, quæ ſuccollat & ſuſtentat humerulis ſuis orbem terrarum, cum hac Italicâ Epigraphe, D'ALTRI HOMERI SOMA, CHE DE TVOI. hoc eſt, Onus hoc alios exigit humeros, quàm tuos. quod ſchema etiam hominem perſtringit, ardua nimiùm, & quæ ſupra vires ſunt, molientem.

Candela, quæ ab emunctorio extinguitur, cum Epigraphe item Italicâ, D'ONDE SPERAR DOVEA LVCE MAGGIORE; id eſt, Ex quo ſperare ipſa debuerat lucem clariorem; & cedit pariter in alterius vituperium.

Pila pugillaris, cum inſcriptione Hiſpanicâ, TODO ES VIENTO. id eſt, Nil niſi ventus es.

Luna inter ſtellas, cum lemmate, PROPIOR, NON MAIOR: & hoc fuit Symbolum Equitis, cui Iudex in ludis publicis præripuit palmam; vt eam alteri, affini ac propinquo adiudicaret. Luna enim, quia eſt vltima cælo, citima terris, ideò maior aſtris alijs iudicatur.

Fax Hymenæi, ita vt olim parabatur, ex ſpineo ramali, cum Epigraphe, PVNGIT ET ARDET, exprimit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

exprimit ſponſi genium, qui pungebatur zelotypiâ, & amore ſimul vrebatur.

Symbola hæc à Paulo Iouio, à Torquato Taſſo, à Scipione Ammirato, ab Hieronymo Ruſcellio, à Luca Contile, ab Andreâ Palatio, alijſque non admittuntur: imò Satyræ, Diræ, & famoſi libelli ab Hercule Taſſo appellantur.

Probat ea nihilominùs Paulus Areſius propter laudem ingenij, tametſi deſit illis laus virtutis & honeſtatis: nam ait, etiam poſſe quempiam eſſe bonum Oratorem ſimul, & malum ciuem.

In quâ re videtur ei ſuffragari Scipio Bargalius; dum Symbola, in quibus exprimuntur aliorum vitia, arbitratur conferre poſſe, ad perſuadendum, vt quod exprobratur, id ſectari deſinant. Verùm cùm idem Scipio Bargalius in Symbolis Heroïcis exigat ſpecimen modeſtiæ coniunctum cum ingenio ſublimi; ſaltem quæcumque continent ſpecimen ingenij iracundi, ferocis ac temerarij, non iudicat eſſe perfecta Symbola, & qualia nos tantùm in præſentiâ explicamus.

Profectò ipſa dignitas Italici huius nominis IMPRESA, & conſilium ſuſcipiendæ rei arduæ, laudabilis & glorioſæ, oſtendunt clarè admodum,

faceſſere

faceſſere debere quamcumque expreſſionem animi amentis, aut minùs verecundi, aut quouis modo ægri, vel perturbati.

Adhæc propria vel alterius vitia complecti ſchemate aliquo, eſt vitia eadem profiteri: atqui hoc videri Heroïcum non poteſt. Nimirum, quæ aliquando Symbola de alijs comminiſcimur, aut quæ alijs aptamus, eadem ita ſumuntur, ac ſi illi ipſimet profiterentur id de quo in Symbolis agitur. Suſceptio autem vel profeſſio rei indignæ numquam laudabitur, & numquam merebitur honoratiſſimum hoc nomen IMPRESA.

Hîc obiter notare ſit; Symbola, quæ poſt obitum Sanctorum, vel in funere Virorũ illuſtrium proponuntur, debere concipi perinde, quaſi, dum viuerent illi ac ſpirarent, profiterentur virtutem, cuius ſit ſignificatio in eiſdem Symbolis. At cùm non aliter concipi debeant Symbola, quæ vibrantur in alterius contemptum aut vituperium, ſeu alij, ſeu nos ipſi profiteamur ægrum ac perturbatum animum erga alios, ac eos dedecore velimus aſpergere, id non poteſt Heroïcum cenſeri.

Sed etiam illud monuerim, inſimulari ſuperbiæ aut iactantiæ Symbola illa non poſſe, quæ magna pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

promittunt, quando Auctoris fortunæ, aut gloriæ, aut dignitati ſunt conſentanea. Ita ea quæ ſpondent intereà heroïco animo Reges potentes, menſuram eorum non excedunt. Proximum tamen inſaniæ videretur, ſi priuatæ ſortis quiſpiam eadem iactaret, aut polliceretur.

CAPVT VI.

Quænam ſint præcipuè curanda in ipsâ conſtructione lemmatis.

SVadet rectè Scipio Bargalius, vt vel in primâ, vel in tertiâ perſonâ, numquam autem in ſecundâ efferantur Epigraphæ. Si enim ad millum, ſeu collare moloſſi adſcriberes SAVCIAS ET *Pag. 41.* DEFENDIS; hoc ægrè, aut non niſi longâ verborum circuitione, Protaſi accommodaretur.

Attamen excipi velim lemmata, quibus figura ipſa loqui videtur; vti eſt in verſatili lucernâ, VER- *Pag. 7.* TE, NON EXTINGVES. prouocare enim videtur, ac dicere cuiuis: Verte in omnem partem, non ideò lucem adimes. venuſtatemque ſuam habet; vti Capite proximè conſequenti fiet manifeſtum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Quod ſpectat ad diuerſa tempora verborum, vel ad eorum diuerſos modos: Primò, cùm lemma ſignificet proprietatem figuræ neceſſariæ, perpetuæ, atque habentis immutabilem ſtatum, ideò ſeu præſentis, ſeu præteriti etiam temporis notam habuerit, numquam id officiet, aut aduerſabitur propoſito rei futuræ, quam Auctor Symboli pollicetur: lemma enim ad Apodoſim non ſpectat, quæ ſemper eſt de re futurâ; ſed pars Protaſis ſolius eſt, quæ ſumitur ex re neceſſariâ, ſeu ex re quæ ſemper modum eumdem retinet.


Scipio Bargalius, & Lucas Contile, dum aiunt, tempus futurum eſſe omnino in ijs Symbolis neceſſarium; ſicut etiam Hercules Taſſus, dum tempus præſens admittit, tempus præteritum excludit; non videntur hæc duo ſatis diſtinguere, hoc eſt, lemma Symboli, & Symboli Auctorem.

Certè Sol in nube roridâ imprimens imaginem
Pag.4. ſui, cum Epigraphe, QVIA RESPEXIT; Bom-
Pag. 52. byx è ſuo ergaſtulo egrediens cum lemmate, ET
Pag. 62. FECI, ET FREGI; Margarita, quam DE-
Pag. 64. SERVISSE IVVAT MARE; Stella quæ CECIDISSE VIDETVR; perfecta Symbola ſunt: & tametſi notam inuoluant præteriti temporis, nihilominùs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20


lominùs ad rei futuræ promiſſionem explicationemq́ue iuuare poſſunt.

Præterea lemma modos temporis admittit omnes. Modus indicatiuus paſſim occurret; vt in Horologio ex horti delicijs conſito, DOCET ET DE-



LECTAT. quo Symbolo vim Oratoriæ facultatis expreſſit ingenioſè Famianus Strada magiſter meus.

Imperatiuus modus rarior quidem eſt,ſed exemplis non caret ; nec aliter , quàm in ſecundâ perſonâ : vt ignis in ſummâ turri , cum eo Virgilij He-



miſtichio, FERTE CITI FERRVM. quo altero Symbolo idem Famianus Strada expreſſit cæleſtem virtutem S. IGNATII , homines deuocantis ad conſilia ſalutis. Et imperatiui modi eſt etiam
Pag.7. lemma in verſatili lampade , Auctoris eiuſdem, de ſancto item IGNATIO, Ordinis noſtri Parente & conditore.

Modus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Modus optatiuus habet pariter ſuam energiam: vti cùm Romæ, quando non ferebant Iulij Cæſaris dominationem, ſubſcripſerunt ſtatuæ Bruti (eius, qui exactis Regibus vindex fuit libertatis) VTINAM VIVERES! Huius verò modi lemma, vrſæ partus habet in hæc verba, VTINAM PER-



POLIATVR! Naſcitur quippe informis ac rudis caro, ſine oculis ac villis; & expectat linguam officioſam parentis, vt paulatim ab eâ formetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Modus ſubiunctiuus eſt in ſchemate facis accenſæ intra vitreum globulum, cum Epigraphe, VT



LATIVS ILLVSTRET; & S. IGNATIO eiuſq; virtuti accommodatur; quæ vtique religioſis legibus circumſcripta, latiùs coruſcauit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Denique infinitus modus eſt in naui, quæ conatur in portum peruadere, cum eâ inſcriptione, AVT INGREDI, AVT PERIRE.



Ceterùm poſſe vſurpari in lemmate Symboli Heroïci, aliquando ſola verba, aliquando ſola nomina, aliquando ſola aduerbia, aliquando verba, nomina, & aduerbia promiſcuè, ſatis conſtat; & qui exempla deſiderat, adeat Operis huius noſtri Proœmium.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT VII.

De Dictione figuratâ, quam poteſt admittere lemma Symboli Heroïci.

VT in ſcriptore Symboli Heroïci locum non habeat exprobratio illa Martialis,

Viuida componis Epigrammata, mortua ponis
Lemmata; ——

id euitabitur inprimis, ſi figura, quando licuerit, per proſopopœiam loquetur: cuius locutionis exempla ſuppetũt plurima in Operis huius Proœmio. Vti eſt etiam dum Lotos, germen ſatis notum, pro-



dit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

dit, cum hac inſcriptâ Epigraphe Italicâ, PER TE M'ERGO, ET IMMERGO. id eſt, Propter te egomet erigo me, ac dein mergo. Sole enim oriente, adulto, & cadente, Lotos exurgere, conſiſtere, ac reclinari conſueuit.

Aut dum Camelus, accepto onere ſarcinario ſurgit de genu, cum adſcriptâ Epigraphe Hiſpani-



câ, NO SVFRO MAS, DE LO QVE PVEDO. id eſt, Nil ſupra vires perfero. quod eſt Symbolum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

bolum animi prudentis ac circumſpecti, in publicis muniis acceptandis.

Miror verò, ſolum Herculem Taſſum id non probare: non enim fundamentum Symboli eſt, figuram loqui; neque ex re fictâ & commentitiâ ducitur ſimilitudo: ſed ad ornatum dictionis ipſi figuræ ſermo tribuitur. Atque hoc vel in Orationis contextu, in quo fingere non adeò licet, admitti & vſurpari cum laude ſolet.

Ad hæc Antitheſis ſeu contrapoſitio placet plu-



rimùm

rimùm in Epigraphe Symboli Heroïci. Vti eſt Cancer cum hoc lemmate, RETROCEDENS ACCEDIT.

Vel ſi obicem clathratum ante caminum figures,



qui paruis foraminibus admittit vaporem ignis, eíque adſcribas, COMMODVM SINE INCOMMODO. Et hoc eſt Symbolum animi, qui ſtudeat, tantùm id quod vtile fuerit, ſine damno ſuo, ab homine ſubdolo & nequam exprimere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Fuerunt verò ex hoc genere lemmata ea, Tantali ſitientis in fluuio, INOPEM ME COPIA FECIT; Teſtudinis cum explicato velo incedentis, FESTI-
Pag. 26. NA LENTE; Hiſtricis, EMINVS ET COMINVS; Ignis, NEC PROPE NEC PROCVL; Roſæ ſpinis circumſeptæ, ABIGITQVE TRAHITQVE.

Venuſtatem etiam habent in lemmate Symboli Heroïci Annominatio, Traductio, & quæcumque in verbo aut nomine ingenioſa mutatio. Ita Soli ad-
Pag. 13. ſcripſit pulchrè Aloyſius Cardinalis Eſtenſis, NON EXORATVS EXORIOR; & Rotæ molendini, vel ſub-
Pag. 25. terlabentibus aquis, Clotarius Rex, CONVERTVNT, NON EVERTVNT; & ſupra congeriem armorum in armamentario, Emmanuel Philibertus Sabaudiæ
Pag. 32. Regulus, CONDVNTVR, NON CONTVNDVNTVR;
Pag. 47. & Marchio Vaſtius Anſeri ſuo, DEFICIAM, AVT
Pag. 52. EFFICIAM; & Ioannes Baptiſta Porta Bombyci, ET
Pag. 53. FECI ET FREGI; & eidem vermiculo alius, OPERITVR, DVM OPERATVR; & Antonius Abundantius
Pag. 55. Circino, DIRIGOR ET DIRIGO; & Auroræ in Symbolo Margaritæ Auſtriacæ Hiſpaniarum Reginæ,
Pag. 65. DVM PARIO PEREO.

Quibus vt accenſeam adhuc alia, Comes Bernardinus De la Guardâ, hederâ vſus, quæ arborem quercum

quercum circumplectitur, ei adſcripſit, NEC RECISA RECEDET. manſurus etiam ipſe obſtrictus perpetuò Magno Duci Ferdinando, tametſi inter No-



biles eius cataphractos, vti iam emeritus, eſſe deſierat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Vrſus linguam exſerens, & apibus eam præbens, cum hac Epigraphe, ACIEM ACVENT ACVLEI, eamdem in lemmate laudem præ ſe fert:



& eſt Symbolum viri, qui vtilitatem capiat ex rebus aduerſis.

Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Sic Hamo adſcripſit alius, NON CAPIO, NISI CAPIOR. fortaſſe quia propoſuerat nemini



moleſtus eſſe, niſi ei à quo priùs moleſtiâ afficeretur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Sic Vincentius Mediceus cani, qui lambendo proprium ſanet vulnus, adſcripſit, NI LINGAT, LANGVET. Cùm verò eſſet Academicus Philar-



monicus, ſimul alluſit ad nomen Familiæ, ſimul Academiæ vim expreſſit; cuius videlicet harmoniâ in ipſo mœror animi, qui eſt cordis ægritudo, ſanabatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Sic Hortus, qui multiplici flore, quaſi ore, ita Solem alloquitur, ASPICE VT ASPICIAR, Symbolum fuit, quo vſi ſunt in Collegio Anglorum Socie-



tatis IESV Leodij, vt Sereniſſimo Maximiliano Bauaro, S. R. Imperij Septemuiro, & fundatori ſuo teſtificarentur, debere eius munificentiæ acceptum referri, quòd vigeant ibi, & fiant conſpicui, velut in alienum ſolum tranſlati, & peregrini flores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Sed grata cumprimis eſt etiam in Epigraphe alluſio, quæ vel ad nomen, vel ad ſigna gentilitia, vel ad dignitatem, vel ad res geſtas, vel ad ſententiam aliquam eorum referatur, ad quos Symbolum ſpectauerit. Ex quo genere fuerunt,

Vrſa maior, cum eo lemmate, SINE OCCA-



SV FELIX. quod fuit Symbolum Felicis Vrſinæ Principis Matronæ.

Arboris

Arboris truncus, cum inſito ei ramuſculo arboris alterius, & cum lemmate, ET PEREGRINVM



ALO. quo ſchemate vſus eſt Mutius Peregrinus, conſcriptus inter Philharmonicos Academicos; vt ſignificaret, ſe perinde nomine ac re hominem peregrinum id promeruiſſe, vt in eorum Academiam inſereretur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Enſis diſtrictus cum Epigraphe, VICE VALLI ERO, Symbolum Vincentij Valieri, continens ali-



quo modo nomen & cognomen eius, atque adeò ſententiam plenam fortitudine militari. Quaſi Auctor Symboli polliceretur, non à muro, nec à vallo, nec ab vllis caſtris, ſed à ſolo gladio ſibi in acie munimentum fore.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Luna cum inſcriptione Italicâ, CRESCE IN BENE. id eſt, Creſcit atque prouehitur in melius.



atque hoc Symbolum eſt Nobilis Matronæ ex familiâ Creſceinbene. in cuius etiam familiæ ſigno gentilitio lunulæ ſplendent; vt eò ingenioſior adhuc fuerit alluſio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Quemadmodum eſt pariter in Roſâ, quæ riuulo iugi ſubluitur, cum hac Epigraphe, VER



ALO. cuius Symboli figura, eſt inſigne gentilitium, lemma verò cognomen eſt Cardinalis Veralli; atque ingenioſæ huius alluſionis laus debetur VValtero Paullo è Societate noſtrâ, Viro elegantiæ magnæ, ac ſingularis eruditionis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Idem fermè etiam eſt in equâ, quæ hiante ore figuretur, cum hac Epigraphe, AVSTRO SPIRANTE CONCIPIAM. Cuius Symboli figurâ nonnemo ad



nomen Philippi, quod ſonat amatorem equorum, lemmate autem ad cognomen Auſtriaci alludens, ſpem fecit fore, vt conciperet, & aliquando ederet partus ingenij egregios, dummodò Philippi Regis aura & fauor aſpiraret benigniùs, iuxta conſilium Poëtæ,

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones.

Porrò

Var. lib. 2. de Re ruſticâ. Plin. lib. 8. c. 42. Virgil. lib. 3. Georg.

Porrò equas ex Auſtro interdum concipere, & Varro & Plinius & Virgilius affirmarunt.

Perſimiles alluſiones, vel ad Imperatoris dignitatem, vt in Iulij Cæſaris equo cum lemmate, SOLI CAESARI; vel ad cognomentum familiæ, vt in Solari horologio cum Epigraphe, EX NIGRO DISCES; vel ad partum Virginis, in ſerulâ ex inſcriptis & volubilibus circulis compactâ, cum inſcriptione, VNI PATET VERBO; vel ad ſententiam animi demiſſiſſimi, in Sole picto intra nubem roridam, cum eiuſdem fecundæ Virginis aureis illis verbis, QVIA RESPEXIT, alibi recenſuimus.

Pag. 3.

Pag. 4.

Hæ verò alluſiones neſcio quâ præter ſolitum ſuauitate illabuntur in animos: fortaſſe quia dum eiſdem vtimur, quodammodò nitimur in vetitum; & attingendo diſſimulanter Apodoſim, ad eam Lectorem veluti manu ducimus, iuuamuſque, vt conſilium Auctoris ſtatim comprehendat.

Ita (quod ſolent Parthi ac Scythæ) dum fugimus Apodoſim, eam vel in ipsâ fugâ ingenioſè nihilominùs proſequimur. Nec Lectori voluptas, ſed labor dumtaxat adimitur: nam quod verbulo indicamus in lemmate, hoc ille confeſtim arripit, & ſuo Marte mox indagat omnia.

Ceterùm

Ceterùm adhuc ſtare cum Protaſi lemma videtur, atque abſtinere ſe ab Apodoſi. Quod alioqui debet ſeruari, vt Lector gaudeat magis, dum ipſe veſtigat ſententiam Auctoris. Sic enim maior voluptas erit, & Symbolum complectetur, quaſi rem ſuam; fauebitq́ue, & fidem præbebit, captus lenocinio illo, quo erga ea, quæ amamus, afficimur propenſiùs.

Id verò cauſæ eſt obiter, cur Poëtæ, qui ſtudent præ aliis delectare, frequentiſſimas comparationes habeant, & plerumque ſolam Protaſim earum efferant; Lectori autem permittant, vt ſuo ipſe ingenio Apodoſim ſeu redditionem excogitet.

CAPVT VIII.

An lemma Symboli Heroïci poſsit eſſe tranſlatum, ſeu Metaphoricum.

LIcere exiſtimat Paulus Areſius, ſi quis velit nouâ vti Metaphorâ in Epigraphe Symboli Heroïci: ideoq́ue proponit ac laudat mare, dum in littus placidè illabitur, cum hac inſcriptione, OSCVLATVR LIMITES. Quod ſchema per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

tinere ait ad hominem, qui clathros ſui carceris exoſculetur, ac æquo animo infortunium patiatur.

Scipio Bargalius & alij hoc nullatenus probant; cum quibus equidem puto ſentiendum eſſe. Quid enim? *Multi*, vt Quintilianus loquitur, *cùm initium à tempeſtate ſumpſerint, incendio aut ruinâ finiunt; quæ eſt inconſequentia rerum fœdiſſima.*

Libro 8. cap. 6.

Videlicet Hector Troiæ murus appellatur, & dum obit, dicitur extingui: at labi & ruere potiùs dicendus erat, quia hoc muri proprium eſt; extingui verò, proprium eſt ignis.

Iam quod in rem noſtram facit, quoniam figura Symboli Heroïci inchoat vnam comparationem, cenſetur etiam vnam tranſlationem ſeu metaphoram inchoare: nam hæc dicitur ad vnum verbum contracta ſimilitudo, vel comparatio. Oportet igitur, vt lemma ſit figuræ conſentaneum, & vt à quo initium ſumitur, eo etiam finiatur. Alioquin duæ metaphoræ, prior in figurâ, poſterior in lemmate, Protaſes duas conſtituent, alteramque altera confundet, imò ſæpenumerò etiam deſtruet.

Ita ſi pro Symbolo CHRISTI Domini, reſurgentis virtute atque imperio Patris Æterni, leonem & coram eo leunculum exanimatum figurauerim; rectè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



rectè adſcribam, RVGITV EXSVSCITAT. eritque vnà ſimilitudo, vnà tranſlatio. Secùs ſi lemma eſſet, MVGITV, vel BARRITV EXSVSCITAT, ex leone tranſgrederetur oratio ad taurum, vel ad elephantem: quorum neuter oris ſono, & quaſi gemitu prolem exſuſcitat.

Peculiariter in Symbolo, quod à Paulo Areſio inſtar exempli proponitur, ex mari fit Protaſis ſeu tranſlatio: debet idcircò lemma tranſlationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

aliam quamcumque, etiamſi amicum oſculum fuerit, vel quid blandius, repudiare.

Neque aſſumas; mare, quando tranquillum eſt, rectè dici lambere littus, atque illud exoſculari: tunc enim metaphoræ metaphora non additur: nam mare eſt dictio propria, & iungitur congruè dictioni tranſlatæ. At in eo Symbolo, cùm ſit mare Protaſis, eſt loco dictionis tranſlatæ; ideóque ſi eo cœperis, neceſſe eſt pariter eo finias.

Ita Hector congruè diceretur in obitu extingui: ſed ſi appelletur anteà Troiæ murus, abit in ſignificationem rei, quæ ſolet ruere ac labi, quoniam ſtructura eſt & ædificium; non autem rei quæ ſolet extingui, cuiuſmodi eſt fax, lampas, vel incendium.

Debent porrò hæc notari ſedulò, quia in nullâ re magis, quàm in recto vſu metaphoræ, ingenia ſe produnt. Sit igitur ſemper in lemmate dictio figuræ propria; vel certè ſit quaſi propria, ea nimirum quæ ex frequenti vſu illi tribuatur. Atque hoc idcircò addo, ne cui ab hac parte nimia ſit religio. Ita ſi fomitem ſeu funem incendiarium propoſueris, vti Symbolum conſtantiæ in beneuolentiâ inter amicos vel coniuges, lemmatis loco autem adſcribas,

ſcribas, VIVIT AD EXTREMVM (vbi enim ſemel fomes ignem conceperit, ſemper ardet) ea locutio videbitur quaſi propria; nec ab igne ſignifi-



cationem admodum transferet in rem aliam, quia ſæpè ignis viuere dicitur, dum accenſus perſeuerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Ita etiam laudem promeretur ſchema ingenioſum Nobilis Typographiæ Plantinianæ: Circinus videlicet, altero pede inſiſtens, altero circulum deſcribens; hoc eſt, figuram quæ eſt ſimulacrum



perfectionis, cum hac Epigraphe, LABORE ET CONSTANTIA. quæ duo ad opus perfectum inprimis conferunt. Etenim tam labor, quàm conſtantia, quaſi propriâ locutione de Protaſi & de

ipſo

ipſo circino intelligi poſſunt ; neque in Apodoſim neceſſariò tranſgrediuntur.

CAPVT IX.

De Poëticis numeris, ſeu de illorum vſu, in lemmate Symboli Heroïci.

QVia voces in modum carminis concinnatæ ſuauiùs ad aures veniunt ; cùm ſuauiùs fluat oratio temperata ad numeros Poëticos, quàm alia ſolutior, aut minùs ſonora : ideò erit gratius lemma Symboli Heroïci, ſi habuerit numerum aliquem, aut ſonum. Delectabit enim plurimùm ſchema, in quo fuerint ſimul vincta oratio, quæ eſt dulce pabulum aurium, ſimul pictura, quæ eſt dulcis oculorum cibus.

Peculiariter ad maiorem venuſtatem faciet, ſi lemma ex Vate aliquo celebri ſumatur : & hoc ſuadent Auctores omnes, præter vnum Herculem Taſſum : ſed neque hic Hercules metuendus eſt contra duos, imò contra omnes. Quid verò ? ait ipſe, laudabilius videri, Praxitelem ſtatuæ à ſe inchoatæ,

choatæ, arte propriâ, caput etiam affingere, quàm caput aliud, Phidiæ opus, ei agglutinare.

Quid tum? ſuademus nos, vt quod lemma numquam fuit, hoc in Symbolis noſtris lemma primùm fiat: non autem, vt lemma vni Symbolo ſurripiatur, & illud Symbolo noſtro aptetur. Hoc ſi fieret, tum enimuerò caput è ſtatuâ Phidiæ transferri in ſtatuam Praxitelis videretur.

Ceterùm dum illud prius agimus, laudem induſtriæ promeremur; quia ingenioſum quid videtur, verba & ſententias Auctorum ad rem aliam ducere. Nec aliam ob cauſam adagia & parœmiæ plurimùm placent; ſed & laudem inſuper modeſtiæ conſequimur, quia quæ domi noſtræ, etſi fortaſſis præclara, naſcuntur, aut naſci poſſunt, nos aliorum antiquis dictis ea poſtputamus.

Interim, cùm liceat in eamdem ſententiam Auctorum verba vſurpare; videtur laudabilius eſſe, ac plus induſtriæ præ ſe ferre, ſi ad res diuerſas ea inclinentur. Ita congruè Virgilij verſus ille de famâ,

Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo,

partim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

partim horologio rotato accommodatur, quod pariter MOBILITATE VIGET.



partim aptatur flumini; nam & hoc ſi longiorem alueum habuerit, augetur acceſſu plurium riuulorum, & perinde VIRES ACQVIRIT EVNDO.



Quod poſterius Symbolum eſt Scipionis Bargalij, ad commendationem Præſulis Piccolominei ; qui nimirum quò viuebat diutiùs, eò euadebat virtute ac ſapientiâ cumulatior.

Eodem modo Virgilianum Hemiſtichium illud,

—— *Exſudat inutilis humor,*

in rem diſſimilem abit, dum lemmatis loco pateræ adſcribitur, tornatæ ex ligno hederæ : quod ita vinum retinet, vt aquam infuſam per meatus tenuiſ-

ſimos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ſimos tranſmittat: & fortaſſe ideò Baccho, & Poë-tis olim hedera dicabatur.



Occurrent plura eiuſmodi Hemiſtichia Poëtarum, vel lemmata numeris adſtricta, in Symbolis, quæ in Opere hoc toto percenſuimus: vt neceſſe iam non ſit ea repetere. Tantùm addo, eadem poſſe paululùm immutari; quando ita exiget ratio figuræ & comparationis: ceteroqui erunt gratiora, ſi illibata & ſine vllâ mutatione prodierint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT X.

Quænam obſcuritas vitanda ſit in lemmate Symboli Heroïci.

TRia potiſſimùm ea videntur eſſe, ex quibus obſcura cum vitio reddi ſignificatio lemmatis poteſt.

Primò, ſi lemma ſit commune, vt ſi loco Epigraphæ adſcribatur Arbori, ADIVVANTE DEO, vel etiam, HAVD ALITER: hoc enim vtrumque tam eſt generale, vt Symbolo cuiuis aptari queat.

Quò id verò certiùs vitetur, curandum erit, vt lemma ſemper propriam aliquam exprimat figuræ facultatem: & hoc quidem Scipio Bargalius exigit tam ſeuerè, vt non laudet propterea in arundinibus
Pag.40. paluſtribus Epigraphen illam, FLECTIMVR, NON FRANGIMVR. quam vtique ait adæquè conuenire poſſe viminibus, ſalicibus, & ſtirpibus quibuſcumque mollioribus.

Sedenim durum nimiùm iudicem ab hac parte agere videtur; & ideò prouocare ſit à ſententiâ

eius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

eius. Alioquin etiam lemmata illa duo tantoperè ab ipſo Scipione Bargalio laudata, hoc eſt, SAV- *Pag.41.*
CIAT ET DEFENDIT, ad collare moloſſi clauulis cuſpidatum, atque EMINVS ET COMINVS, *Pag.26.*
adhiſtricem pharetratum animal, eodem vitio laborarent, cùm ea poſſint perinde in alia transferri.

Pingam clypeum, & ſclopetum aptabo in vmbonis medio. Quale clypeum Florentiæ aliquando vidi in ſecretiore Principum Hetruriæ armamenta-



rio. An non illi congruè adſcripſero, SAVCIAT ET DEFENDIT?

Gladium figurabo etiam, & pariter ſclopetum inſeram manubrio eius: nónne idoneum erit lem-



ma, EMINVS ET COMINVS? nam hic vnus atque idem gladius hoſtem diſtantem glande plumbeâ traiiciet, propinquum cæſim punctim conſauciabit.

Reor proinde, cauendum eſſe dumtaxat, ne illa perfectio, quæ indicatur lemmate, communis adeò

eò videatur, vt in rebus multis paſſim obuerſetur. Et quod ad rem præſentem facit, ego generatim vniuerſeque exigerem tantummodò, vt OMNI, & SEMPER, non autem SOLI proprietas figuræ conueniat: quæ enim interdum videtur aliquantulum vaga eiuſdem figuræ proprietas, dum nihilominùs conſtans manet, apta eſt adhuc ad perſuadendum. Ita in arundinibus paluſtribus, in viminibus ſalicibuſque ſemper lemma illud, FLECTIMVR, NON FRANGIMVR, infracti animi Symbolum erit. Quamquam haud inficior, perfectiora eſſe lemmata, quæ figuræ dotem ac facultatem, OMNI, SEMPER, & SOLI conuenientem exprimunt.

Obſcura inſuper redderetur ſignificatio lemmatis, ſi aliquando ineſſet ei tranſlata longiùs dictio, tametſi perſiſteret in eodem genere metaphoræ: quia tunc potiùs fieret ſcrupus ſeu ænigma; cuiuſmodi ſunt,

LAPIS.

Littera decedat, volucris tunc nomen habebo.

PORCVS.

Nomine numen habet, ſi littera prima periret.

TESTV-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

TESTVDO.

Viua nihil dixit, quæ ſic modò mortua cantat.

SOMNVS.

Et me nemo videt, niſi qui ſua lumina claudit.

PISCIS IN FLVVIO.

Ipſa domus reſonat; tacitus ſed non ſonat hoſpes:
Ambo tamen currunt; hoſpes ſimul & domus vnà.

Plato 5. de Repub.

& illud de Eunucho, ac Veſpertilione percuſſo, *Vir non vir, videns non videns, percuſſit non percuſſit, lapide non lapide, auem non auem, ſuper arbore non arbore.* Id eſt, Eunuchus, luſcus, perſtrinxit, pumicis ictu, alam veſpertilionis, ſambuco inſidentis.

Hæ dictiones obſcuræ ac perplexæ cenſentur meritò non congruere Symbolis Heroïcis;nam delectare iis,non fatigare animos ſtudemus. Proinde minùs rectè præcipit Lucas Contile, vt obſcurius lemma tunc adſcribatur,cùm figuræ proprietas nimio fuerit clarior; obſcuritate ſiquidem ac tenebris pars Symboli Heroïci tam præcipua inquinari non debet.

Poſtremò erit obſcurum lemma, quando idiomate admodum peregrino,ac minùs noto efferetur. Exigit quidem Paulus Iouius in eo ſermonem alienum: ſed id nec Scipio Bargalius probat,nec Lucas Contile;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Contile; qui arbitratur, potiùs debere illud concipi linguâ vſitatâ in Regionibus, in quibus Symbolum proponitur.

Exiſtimem ego, in Europâ Latinè, Græcè, Italicè, Gallicè, Hiſpanicè lemmata poſſe conſcribi; cùm has linguas calleant plerumque homines ingenui atque eruditi. Exempla recenſuimus, excepto idiomate Græco.

Claudius Paradinus refert ipſe Symbolum Comeſtabilis Regni Galliarum, nempe armatũ brachium cum Epigraphe, ΑΠΛΑΝΟΣ, vti ſinceritatis ac fidei teſſeram: ac Symbolum Catharinæ Reginæ Galliarum, Iridem nimirum cum lemmate, ΦΩΣ ΦΕΡΟΙ ΗΔΕ ΓΑΛΗΝΗΝ. Iris enim veluti ſpondet, fore vt denique poſt imbrem conſerenet.

Pro Arabum, Thracum, Indorum, ac Iaponum locutione, vbinam inueniretur interpres? Eâ nihilominùs, ac multò magis Germanicâ, Britannicâ, Polonicâ, vel Belgicâ vti licebit; ſi Regio earum aliqua, patria ſit Scriptoris Symboli Heroïci, & ſi ibi ſuum ille Symbolum expoſuerit. Alioquin dignus videretur, quem exilio patria mulctaret, quicumque ſermonem patrium vellet à Symbolis Heroïcis omnino exulare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

DE SYMBOLIS HEROICIS LIBER NONVS, ET IN EO DE SYMBOLIS GENERALIBVS.

HActenus argumenta priuatæ virtutis, & promiſſiones illuſtres atque ingenioſas hominis vnius recenſuimus. Teſſeræ iam ſuperſunt, quas plures ſociati vno ſacramento vel inſtituto interdum proponunt, vt commune decus omnes, communi conatu, moliantur.

CAPVT I.

De generalibus Symbolis Ordinum Equeſtrium.

DE horum Ordinum inſtitutione, aut Crucis geſtamine, aut torque, deque ipſorum vete-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ri aut recenti gloriâ, non hîc agam; nam hæc potiùs erunt commemoranda in altero volumine De ſignis gentilitiis Familiarum. Satis habuero in præſentiâ, ſi dumtaxat inſinuauerim, eſſe nonnullos iſtiuſmodi Ordines, qui Symbola figurata ſimul ac diſerta, veluti communes teſſeras, compoſuerunt: vt exprimeretur in eis vna & eadem omnium illuſtris profeſſio, atque vt militiæ ſuſceptæ, aut certè ſacramenti eius iugis ac perpetua eſſet admonitio.

Ita Siderei Equites, quos inſtituit Galliarum Rex Ioannes, trium ſanctiſſimorum Regum, qui



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

cunas Infantis Dei adorarunt, ſtellam vibrantem auratos radios, pro galeri ornamento tulerunt, & lemma hoc ei circumſcripſere; MONSTRANT REGIBVS ASTRA VIAM. Quo illi ſchemate altam Numinis prouidentiam, regentem in terris omnia, ſectari propoſuerunt.

Equites Cardui in Scotiæ Regno, Carduis, quibus inſignia ſua muniunt, adiecerunt hanc Epigraphen; NEMO ME IMPVNE LACESSIT. &



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

eo Symbolo ſunt profeſſi moderatum laudatumque in armis tutamen, aduerſus omnes qui appetere ipſos iniuriis auderent.

Ad chalybem & ſilices igniarios Equitum Velleris Aurei, adſcripſit nonnemo, Epigraphæ loco;



ANTE FERIT, QVAM FLAMMA MICET. & ea inſcriptio adprobari atque admitti videtur. Significat verò, & ſpondet fore, vt perinde ipſi Equites tacti à Deo, & cælitus afflati, micare in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

flammas Religionis vindices , & in lucem Heroï-cam militaris gloriæ, videantur.

Sed & ad aureum vellus Equitum eorumdem adpoſitum fuit hoc aliud lemma, PRETIVM NON VILE LABORIS: ac videntur ipſi Equites eâ



teſſerâ polliceri, futurum vt priſcos Hęroës æmulentur famaq́ue & factis , atque vt mereantur illorum etiam faſtis accenſeri.

Nihil hoc loco attinet rurſus memorare ; quæ de Alâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Alâ Nobilium Equitum vrbis Senenſis alibi expoſuimus, hoc eſt de Apibus expedientibus arma, acuentibuſque ad cotem ſpicula; aptè omnino ad argumentum Principis, qui Apum Regem inermem pro Symbolo elegerat. Pag. 35.

CAPVT II.

De Symbolis generalibus, quibus vtuntur Parthenia ſodalitia.

QVi in Magnæ Deiparæ, Tutelaris Diuæ, recepti fidem, de veneratione, pietate ac pulcherrimis erga eam obſequiis gloriantur; ij quoque inſignia ſua, in Italiâ præſertim, explicant, & veluti communia ſacri auctoramenti Symbola circumferunt.

Celebre in primis eſt Symbolum, quod Parthenij ſodales, Collegij Romani noſtræ Societatis, pridem ſuſceperunt; catena videlicet à ſuperſtante lapide magnete compoſita ex annulis, non inuicem innexis, ſed ſecreto complexu & veluti quodam amore, cum hoc lemmate, ARCANIS NODIS.

Libet



Libet referre, vt catena hæc explicetur, verba ipſa, quibus eam deſcribit ingenioſiſſimè diuus Auguſti-

Lib. 21. de Ciuit. cap. 4.

nus. *Magnetem lapidem*, inquit, *nouimus mirabilem ferri eſſe raptorem: quod cùm primùm vidi, vehementer inhorrui. Quippe cernebam, à lapide ferreum annulum raptum, atque ſuſpenſum. Deinde tamquam ferro, quod rapuerat, vim dediſſet ſuam, communemq́ue feciſſet; idem annulus admotus eſt alteri, eumq́ue ſuſpendit: atque vt ille prior lapidi, ſic alter annulus priori lapidi cohærebat.*

Acceſſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Acceſſit eodem modo tertius, acceßit & quartus: iamque ſibi per mutua connexis circulis, non implicatorum intrinſecùs, ſed extrinſecùs adhærentium, quaſi catena perpenderat annulorum. Quis iſtam vim lapidis non ſtuperet? quæ illi non ſolùm inerat, verùm etiam per tot ſuſpenſa tranſibat, & inuiſibilibus ea vinculis ſubligabat.

Quemadmodum igitur eos annulos, inuiſibilibus vinculis, vt loquitur ſanctus Auguſtinus, trahit ligatque magnes lapis: ita Romanam illam iuuentutem, arcana vis quædam cæli, & veneratio erga Deiparam Virginem pertrahit mirè, atque inuicem in vnum veluti nexum pietatis, non ſanctè minùs quàm pulchrè ligat.

Pertinet ad eoſdem Sodales columbula odoribus perfuſa, cuius fragrantiam ſequuntur gregatim aliæ, cum adſcriptâ eâ Epigraphe; IN ODOREM. Emiſſa enim vna odorifera, ad columbarium plurimas adducit: ideoque columbarij feneſtras & parietes olim perungebant opobalſami oleo, vt quæ aduenerant, retinerentur. Sic Parthenij iuuenes Romani Sodalitij trahuntur, & currunt in odorem vnguentorum illius, quam cæleſtis ſponſus Amicam, & Columbam ſuam appellauit.

S. Baſilius in Epiſtolis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



Radij etiam lucis, quos videmus in ſpeculo cauo ſiue vſtorio ita reciprocari, vt in quo aë-ris puncto ſimul fulſerint, ſtatim in eo flammu-lam quatiant, transferuntur ad eoſdem Sodales, cum hoc lemmate; QVIA NEC SINGVLI, NEC DIVERSI. Videlicet Sodales plures cùm ſint, attamen erga profeſſionem eamdem pieta-tis vniuerſi feruntur: excitantque ideò calorem, lucemque religionis ac ſanctitatis. Porrò huius

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



& alterius Symboli Leo Sanctius è Societate noſtrâ, vir ingenij eruditi atque amœni, auctor fuit.

Prolixior videar, ſi omnia commemorem, quæ ad pios eiuſmodi Parthenios conuentus pertinent, ceteroqui varia, & ingenioſa admodum Symbola. Solùm quia Leodij Vrbe nobili, & cui à ciuium frequentiâ, ab opibus, à religionis auitæ conſtantiâ, à Cleri gloriâ eſt inter Belgas illuſtris & magna commendatio, quia inquam Leodij hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ſcribo ; eſt cur laudem pietatem in frequentandis piis Ædium noſtrarum Sodalitiis : quam pietatem Primores è Clero , celebres Iureconſulti , ac litterati Viri , honeſtiſſimi Patresfamilias , Iuuenes modeſtiſſimi præ ſe ferunt ; diſtributi in plures cœtus , & titulis variis Virginalia complexi omnia , quæ celebritate anniuerſariâ veneramur. Propugnaculum videlicet firmiſſimum eſt , aduerſus caſtra hæreſum finitima oræ Septemtrionariæ , Virginem ſimul & Matrem illam colere, quæ ſola cunctas hæreſes interemiſſe in vniuerſo mundo , ab Eccleſiâ claro & perueteri elogio perhibetur.

Ad hos Parthenios Sodales, quoniam velut balſami arbuſculæ afflant odorem vitæ , meritò Nicolaus Cauſſinus , è Societate noſtrâ Scriptor clariſſimus , exiſtimauit pertinere poſſe Symbolum fontis illius in Ægypto , in quo fertur Virgo Deipara IESVM, paruulum exulem, aliquoties abluiſſe ; & qui dicitur eius virtutis eſſe , vt hortus balſami ei propinquus , ſit fertilis dumtaxat , ſi perennitate illius irrigetur. Huic etenim fonti adſcribens lemmatis loco , CRESCIT QVODCVMQVE RIGAT ; exprimere ſibi viſus eſt Sodalium Partheniorum

In Symb. Polyhiſt. lib. 1.

Burchar. c. pænult. Bozius de Signis Eccleſ. l. 2. c. 7.



theniorum fragrantiam, & irrigatam feliciſſimè à Virgine Deiparâ eorum pietatem.

Imò quia eadem cæleſtis Virgo dicitur ſicut balſamum odorem dediſſe; & quia legi aliquando, ad balſami arbuſculas viperam repere, libenterque ibi etiam nidulari; atque adeò virus, ope illius odorati germinis, vel minuere magnâ ex parte, vel ponere vniuerſum; idcircò Gulielmo Coëlmontio Parthenio ſodali, Iureconſulto, & Amico, Symbo-

Pauſan. in Bœotiis. Theophr. lib. 4. c. 6. de Hiſt. plant.

lum obtuli, & in eo viperam, ad germen balſami euntem, cum hac Epigraphe; VENIO POSITV-



RA VENENVM. A ſerpente videlicet id veneficij habuimus omnes, vt naſcamur *filij iræ*, & *genimina viperarum*. Sed congruè etiam accepimus illud cæleſte conſilium: *Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes.* Hanc ſe prudentiam ſectari, propoſito eo Symbolo, & ad Virginis Deiparæ odoriferam, vel vmbram, vel auram accedere profiteatur is, qui in So-

dalitatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

dalitatis album tranſcribitur; & poterit venenum, quod ex naturâ hauſerat, ponere, ſolamque & innoxiam ſerpentis prudentiam, vtique laudatiſſimam, retinere. Quæ prudentia ceteroqui ab homine Chriſtiano ſeruatur maximè, dum corpus & fortunas ſuas exponit: quò ita deinde caput, qui Chriſtus eſt, eiuſque fides conſeruentur. Obiter inſinuauerim, cùm in icone Virginis Conceptæ abſque originis noſtræ maculâ, ſerpens pingatur, inſidians calcaneo eius, non omnino incongruè Viro, qui eſt è peculiari Sodalitio eiuſdem Virginis ita Conceptæ, pro Symbolo ſerpentem dari: ſed venientem tamen, vt venenum ponat; non autem, vt Virgini, aut ſemini eius inſidietur.

Ad hæc Bernardo Candido, item Amico, Sodali Parthenio, Iureconſulto, & qui Leodij eſt ex ſupremæ Iuſtitiæ tribunali, cùm ſit è Sodalitio Deiparæ in cælum Aſſumptæ, obtuli hoc aliud Symbolum; nempe Regaliolum, ſeu Regem auium, qui ad Aquilam eat, dum alas illa expedit, ſupra nubes, volatu ſecundiſſimo, itura; cum hoc adſcripto lemmate, VT ASSVMAR. Virginis nimirum ope ad Deum, & ad Superos ſperet ſe perinde, velut Aquilæ alis, prouolaturum.

Etiam


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



Etiam Franciſco Orano, Præpoſito Maſekenſi, ſancti Lamberti Canonico, & Amicorum præcipuo, cùm ſit è Sodalitio Virginis, cui nuntiatus eſt Deus, de Virginis eiuſdem ſinu naſciturus, obtuli ſchematis loco hirundinem, quæ recenti extructo nidulo circumuolitet, cum hac Epigraphe; NVNTIA VERIS. Itaque teſſera eius, in huius auiculæ ſimilitudine, aut ſit Ales ille ſidereus, qui quaſi Tabellarius Verbi Æterni, ſcribenſque alte-

ram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



ram generationem eius inenarrabilem , in vtero Virginis , poſt exactam culpæ frigidam & diu ſterilem ætatem , quodammodò nuntiauit illud : *Iam* Cant. 2.
hiems tranſiit, imber abiit, & receſſit : flores Veris prodromi *apparuerunt in terrâ noſtrâ.* Aut certè teſſera eius ſit Sapientia Æterna ; quæ admirabilem ſibi domum ædificauit in vtero Mariæ , ac ſalutis Ver mundo nuntiauit. Quemadmodum Ver temporarium nuntiat hirundo : quæ auis eiuſdem Sapien-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

In Hexamer. cap. 17. tiæ ædificantis typus diuo Ambroſio viſa eſt; dum de illâ, *Pretioſiores*, inquit, *auro nidos ſtruit, quia ſapienter nidificat: nidus enim ſapientiæ pretioſior eſt auro.*

Hortor interim, ſua vt pariter inueniant aut pangant Symbola è Sodalibus alij; quò ita, dum teſſeras habuerint tam pulchræ pietatis, ad eam conſectandam quotidie plurimos alios exſtimulent.

Sed & ſuaſerim quoque, vt quoniam ingenia Leodij ſunt tam perſpicacia, & tam exculta, proprij Sodalitij generalia Symbola expromant, ſuæque militiæ Partheniæ vexillum explicent.

Nonnulla in hoc Capite ſpectanda propoſuimus; atque adeò à ternis Partheniis Symbolis auſpicati ſumus Prooemium huius Operis: quæ nimirum Virgini Salutatæ à ſidereo Internuntio, & eidem in cælum Aſſumptæ, accommodantur. Iam coronidis loco vnum adhuc alterúmve addam, dicatum item Virgini purè ac ſine noxâ Conceptæ: hoc eſt, Pyramidem, ſupra quam directè Sol ſplendeat, cum adſcripto lemmate, VMBRAE NESCIA. Etenim Sol Æternus hanc pulcherrimam Virginem ab omni parte illuſtrauit; & effecit, vt abſque



que humanæ originis vel maculâ, vel næuo, vel vmbrâ conciperetur.

Deinde Alcyonem auem mihi videor ad argumentum idem poſſe transferre, cum Epigraphe; CAELO CONCEPTA SERENO. Sic ipſa Virgo concepta eſt cælo propitio, & non irato; agebatque mens eius etiam tunc alcedonia placidiſſimæ ſerenitatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



CAPVT III.

De Symbolis generalibus Academicorum.

ACademicos in Italiâ appellamus eos, qui in omni vitâ excolunt ſtudia artium humaniorum mitiorumq́ue; quibus ex ingenio agreſti ac rudi expoliti ad humanitatem, & mitigati ſumus. Viros loquor emeritæ litteraturæ, & qui idemtidem

redeunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20


redeunt ad Muſarum dulce otium; ac ſubinde animi causâ, intermiſſis curis grauioribus, citharam Apollinis repercutiunt. Nimirum nobiles ac præſtantes animæ, cœtus ineunt eruditos; & nunc Orationes ſuauiſſimas, nunc molliſſima Poëmata recitant, nunc ſtylo eleganti tractant Quæſtiones amœnas, genio tam felici, vt admirationem eorum, qui ad conſeſſus eiuſmodi veniunt, ſæpenumerò fatigent.

Romæ in primis digna res Purpuratorum & Procerum auribus videtur, hos conuentus Academicorum cohoneſtare præſentiâ, atque ætatis ingenia fouere; in quâ ætate, tam ſtudiosè vnà cum litteris mores manſueti quæruntur.

Memini etiam, in Quirinali Regiâ (quando æſtas erat, & quando à negotiis conſuetis ſemel in hebdomade Aula feriabatur) ad horas pomeridianas cœptos haberi ſimiles cœtus. Quæ verò ibi à præſtantiſſimis ingeniis dicebantur, ea plerumque ex veræ Sapientiæ fontibus, & Scripturæ ſacræ codicibus hauſta, ad gubernationem optimam inſtruebant. Dicebant Præſules, aut Viri eruditione ſummi; audiebant Cardinales, & quidquid erat in Vrbe Româ ingenij, ac maieſtatis. Nam ipſemet

Gregorius XV. Pontifex Maximus, ex Gente Ludouiſiâ, ſecretò aderat; perq́ue conclauis vnius ſpeculam, paruis clathri foraminibus perſpicuam, fruebatur eo genere honeſtiſſimi laxamenti.


Hi ergo, quos dixi, Academici conuentus ſuum generale Symbolum, quaſi litterariæ legionis vexillum habent. Ita in Vrbe Româ Humoriſtæ Academici, quos appellant, pingunt ſublatam è mari nubem, eamq́ue rorantem ac pluentem; &



aquæ,

aquæ, quæ anteà fuerat amarior, circumſcribunt hoc hemiſtichium; REDIT AGMINE DVLCI. Sic ipſi è communi ſorte hominum, tamquam è mari, Academiæ beneficio, elati, mutant inſcitiæ priorem amaritiem in ſapientiæ dulcedinem quamdam, ac liquidò animis dulceſcunt.

Senæ vrbe celebri in Etruriâ, Intronati Academici, pro Symbolo habent cucurbitam, oblongi ventris, Sole ſiccatam, & foramine adapertam; cui eximunt ilia ruſtici, vt ſuas intra humiles ca-



ſas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ſas, pro ſalis conditorio eâ vtantur. Epigraphen hanc verò eidem cucurbitæ adſcripſerunt, MELIORA LATENT. Quaſi conditorium ſapientiæ futura eſſet ipſorum Academia, non ſine vi quadam, & poteſtate ingenia condiendi ad immortalitatem.

Florentiæ pulcherrimâ & principe totius Etruriæ vrbe, Academici Furfurarij figurarunt pro ſchemate ſuo cribrum farinarium, ſeu vas quo frumentum iam tritum incernere ſolent piſtores, vt à furfure florem ac delicias repurgent. Lemma Sym-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

boli eſt, IL PIV BEL FIOR NE COGLIE. id eſt, florem tritici meliorem ſecernit. Nec agit aliter Academia, quæ Academicorum ingenia Floridiſſima ſecernit à vulgo, & quidquid rude fuerat in eis anteà, repurgat.

Auguſtæ Peruſiæ, Inſenſati Academici, grues expreſſerunt, quæ pontum tranſuolaturæ, & migraturæ in regionem commodioris cæli, arenam deuorant, ac lapillos falculis gerunt: atque admirabili eo naturæ conſilio, ad moderatam grauitatem



ſaburrantur. Lemma eſt, VEL CVM PONDERE. Sic Academici ſtudio eruditionis, quaſi pondere impoſito, aut ſponte ſuſcepto, faciliùs ad amœna & animis ſalubria feruntur.

Firmi Picenâ vrbe vetuſtâ & nobili, Auuiuati Academici Apes ex boue mortuo emicantes prodeunteſque pro Symbolo elegerunt, cum hac adiectâ Epigraphe; ALIENO FVNERE VITAM. Cùm autem alludant ad extinctam ibi Academiam



Solu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Solutorum, profitentur, prodire ſe Apum inſtar; vt quaſi animæ melleæ, nouam inſtituant Rempublicam litterariæ ſuauitatis.

Ferrariæ vrbe primariâ, in Padi regione, Academici Intrepidi, prælo, quo à Typographis exarantur codices, adiunxerunt hoc epigramma, PREMAT, DVM IMPRIMAT. Quaſi etiam ipſi dicerent: Quantumuis premamur litterariis Academiæ exercitationibus; imprimimur interim veræ ſapientiæ typis, ad nominis famam æternam.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Mediolani maximâ & honoratiſſimâ Inſubriæ ciuitate, Academici Intenti, ad tympanum verſatile inſtar rotæ, quod dum intus calcatur, circumagitur, ſituliſque plurimis catenatis fontem ac pu-



teum haurit, adſcripſerunt hoc lemma, VNA OMNES. Peræquè ipſi videntur in id vnicè intenti, vt animos ſuos irrigent ſapientiæ quadam perennitate.

Ticini,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Ticini, olim vrbe Regiâ, Affidati Academici ſtellinum ſeu ſtellarem auem delinearunt; quæ dum volat verſus Mercurij ſidus, & inuitatur pulchritudine eius, ex vnguibus interim ouum emittit, eoq́ue humi alliſo, pullum excludit. Lemma eſt,



VTRAQVE FELICITAS. Et par Academicorum felicitas videtur profiteri; ac poſſe diſciplinas, ſimul rerum Diuinarum, ſimul rerum naturalium, conſectari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Plura obuenirent, niſi hæc iam extra Italiam ſcriberem; tantùm addo Iuuenes etiam Academicos, eoſque Parthenios, virtutem eamdem in Viris æmulari, & ſimiles cœtus habere. Sic Mediolani Animoſi Academici ceruos figurant, qui lon-



gâ ſerie fretum aut vadum tranſnare ita ſolent, vt mutent vices; & primus, qui ductare alios inceperat, loco vltimi ſuccedat, ſupraque eius dorſum cornua, onus capitis, proclinet. Epigraphe Symboli eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

eſt, DANT ANIMOS VICES. Et ipſi Academici perinde, dum in commune iuuant, dum obeunt in vices munia litteraria, demum euadunt ad littora felicium.

Vt relegam iter, & Romam ex Inſubriâ repetam, ibi Seminarij Romani Iuuentus, quæ eſt ex primâ Italiæ nobilitate, puberum ſtirpium nemuſculo ſeu plantario vtitur pro Symbolo. Ei verò adſcripſit Auctor Famianus Strada Magiſter meus hoc



lemma,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

lemma, POMIS SVA NOMINA SERVANT. Nullâ frondium, nullâ florum, aut fructuum gloriâ conſpicuæ ſunt arbuſculæ, dum primum hauriunt ſuccum in plantario. Sic Adòleſcentes ingenui, etſi pænè ignoti hærent in eo veluti ſolo plantationis; vbi ex virtutis ſucco tamen adoleuerint, honorem nominis adepti, famam ſuam nobilitabunt, & referent laudem immortalem.

Commendari aliquoties, atque in Patriâ deſiderari has artes, & exercitationes non ignobilis otij, audiui ab iis qui Italiam viderunt; ſed & fateri etiam, non minùs hæc ſtudia, in adultis & honeſtis Viris, ibi admirationi fuiſſe, quàm quæ perquiruntur vetuſtatis illuſtria monumenta. Vtinam ſint, qui & ipſi ſtudeant ita vtiliter tempus fallere, cœtuſque ad captandam veram cum eruditione prudentiam perinde ineant.

Symboli argumenta non deerunt: poſſent enim pro generali teſſerâ montem Heliconem pingere, cum hac aut ſimili Epigraphe; ADIMVNT MEA PASCVA VIRVS, cùm collis Heliconis paſcua dicantur in colubris venenum mitigare: vt ſperare ſit etiam, fore Academiæ vim eamdem, ad mentium

Pauſan. in Bœoticis.



tium vitia litteris perſananda, & ad permotiones prauas animi ſedandas.

Poſſent palumbulos proponere, lauri folia in nidulum referentes, cum lemmate, VT SANEMVR. Sunt enim qui affirment, palumbum, quando æger eſt, lauri folium roſtro ad nidum aſportare, atque ex eo conualeſcere. Id verò fortaſſe cauſæ fuerit, cur olim, aduerſus morbos & veneficia, laurus cenſeretur eſſe præſentiſſimum amuletum:


Cauſsinus in Hor. Apol. Hierogl. lib.2.



letum : ex quo lauream virgam geſtare is dicebatur, qui probè aduerſus inſidias munitus haberetur. Et profectò, ne artes animi oblangueſcant, vnicè impediet ſtudium & exercitium iuge litterarum illarum, propter quas donandi lauro Apollinari iudicamur.

Lib. 8. Poſſent Clitoris fluuij piſces figurare, quos vocales eſſe ait Athenæus, cum adſcriptâ Epigraphe, MVTVM ALIBI GENVS. & liceret vtique ipſis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20



ipſis Academiam ſuam compellare verſibus illis Horatianis:

O mutis quoque piſcibus
Donatura cygni, ſi libeat, ſonum. *Libro 4. Od. 3.*

Poſſent (ne multis) piſce lucernâ pro Symbolo vti, cum hoc lemmate, NOMEN LINGVA DEDIT. nam vt piſcis ille, ex linguâ igneâ, quâ per os exſertâ tranquillis noctibus relucet; ita ipſi Academici ex linguâ, quæ ardeat, & alios ad virtutis amo- *Plin. l. 9. cap. 27.*



rem incendat, ſperare lucidum nomen, Academiæ beneficio, viderentur.

Atque hæc obiter ſuggerere libuit, vt ſi minùs placeant, ſaltem ingenia exſtimulent deſiderio excogitandi meliora.

Ceterùm ad generalia hæc Symbola Scipio Bargalius ſpectare inſuper leges duas omnino exiſtimauit: nempe, vt ea tendant ad virtutem ſemper, atque vt contineant rem, quam ex rudi atque imperfectâ expoliri ac perfici oporteat: deinde vt tam fi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

gura Symboli, quàm lemma eius, ſint conſentanea nomini Academicorum.

Adiecit Paulus Areſius tertiam legem: videlicet vt exprimant coniunctionem plurium, qui adſpirent ad finem proſequendum; quem, propoſitâ eâ communi teſſerâ, ſibi præſcripſerunt.

Prima ex his legibus mihi neceſſaria prorſus videtur: haud enim quiſpiam Academicos laudaret, qui olores contemptui haberent, mallent verò anſeres, obſtreperas aues, & quas Poëtæ improbas vocant, quia laurum Apollini ac Muſis amicam oderunt, imitari. *Ælian. l. 5. c. 29.*

Aliæ leges duæ pertinent dumtaxat ad Symbolorum generalium perfectionem.


CAPVT IV.

Quonam pacto ad hæc generalia Symbola referre Academici ſua priuata Symbola ſæpè conſueuerint.

HAbent ſinguli etiam Academici peculiaria Symbola: & ineſſe illis perfectio magna creditur, quando vel ad figuram, vel ad Epigraphen

Symboli generalis, vel ad ipſum nomen Academiæ alludunt.

Placent ideò inter Symbola plura, quæ Academici Humoriſtæ propoſuerunt, Muſicum opus, quod Organum aqueum vulgò appellamus; & quod non digitis peritè micantibus, ſed ſolius fontis miniſterio canit; quale in hortis Principum frequenter miſcet harmoniam amœnitati. Epigraphe Symboli huius eſt, CONCINO, DVM CON-



CIDIS,

CIDIS. eoque Auctor faſſus eſt, vni Academiæ, cuius generale Symbolum eſt aqua, ab ſe acceptum referri, quòd Poëſeos cantu ſuaui, & animi harmoniâ præditus haberetur.

Machina Molendini, quæ ſolo aquæ impetu circumuoluitur, cum lemmate, AGIT, DVM AGI-



TVR. quo nimirum ſchemate ſignificauit Auctor, ſolius Academiæ beneficio ſe hoc habere, vt poſſit animó res præclaras & magnas agitare.

Papyrus

Papyrus ſucco citrei pomi exarata, & in quâ litterarum apices nulli apparent, quamdiu aquis non maduerit. Inſcriptio eſt, IMMERSA LEGETVR.




Perinde Auctor Symboli, tametſi politioris litteraturæ characteribus & notis inſcriptus eſſet, Academiam ideò frequentabat, vt famâ & celebritate nominis manifeſtior ab eâ redderetur.

Lapis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Lapis, qui dum ſecatur, latice infuſo remolleſcit, cum eâ inſcriptiunculâ, NON SINE HVMORE.



quo Symbolo etiam ſignificauit Auctor, abſque ope Academiæ, nihil ſe operis elaborati moliri poſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Spongia cum hoc lemmate, PONDVS AB VN-




DIS. ſic Auctor Symboli, ſuum pondus, ſuamq́ue exiſtimationem ab Academiâ ſperabat.

Spongia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Spongia item humore perfuſa, & ſcriptas in membranâ muſicæ artis notulas delens, cum hac Epigraphe, MELIORA SEQVENTVR; expo-



nit Auctoris conſilium, qui eo ſchemate innuere voluit, ex Academiæ magiſterio atque cenſurâ ſe id conſecuturum, vt eſſet vitâ virtuti conſentaneâ, & moribus modulatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Crater fontis, & in medio eius aqua, per ſiphonem ita emicans, vt in ſummo faſtigio globulum habeat; cum adiectâ Epigraphe, EXTVLIT, ET




SVSTINET. nec enim globulus ille excidit, quantumuis aquæ refluant. Sic Auctor Symboli, vni Academiæ hoc tribuebat; vt ſui exaltatio futura perennior videretur: ne tranſſcribi deberet inter nomina eorum, qui ex Poëtæ admonitu

Claudian. *—— tolluntur in altum,*
Vt lapſu grauiore ruant.

Rota,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Rota, quæ (dum aquis circumagitur) motis adiunctis machinis, & malleo ſublato, demiſſoq́ue, monetam ſignat, cum circumſcripto lemmate, IMPRIMOR, ET VALEO,



PRIMOR, ET VALEO, Symbolum eſt pariter, quo pretium & exiſtimationem omnem ſuam, in Academiam ipſam, Auctor referebat.

Inter Symbola etiam, quæ Academici Furfurarij excogitarunt, laudauimus alibi enſem in furfuris aceruo, ne rubigine inquinetur, ſed vt retineat imò

 ſplen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ſplendorem ſuum. Laudari etiam debet nix, intra excuſſa è tritico putamina, cum lemmate Italico, IN LEI M' ATTEMPO. hoc eſt, Intra eiuſmodi



putamina ſeruari ſoleo ad diuturnum tempus. Sicut enim ibi nix conſeruatur adeò, vt ne in æſtate quidem ſentiat tabem, aut diffluat; ita Symboli Auctor, Academiæ beneficio nomen æternum, ac diu manſuram famam ſibi pollicebatur.

Item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Item quia luſciniam nutriunt vermiculi qui intra furfures generantur; ei Auctor Symboli adſcripſit Italico idiomate, CON QVEST' ALZATO.



eo nimirum elatus: quaſi perinde ipſe diceret: Nutri-mentis iis atque deliciis Academicis elatus ego ſum ad ſonum illum numeroſum & ſuauem, quo Philomelas Poëtæ ſolent æmulari.

Ad hæc inter teſſeras peculiares, quas Inſenſati Academici Peruſiæ conſcripſerunt, alludunt ingeniosè,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

nioſè, vel ad figuram, vel ad lemma Symboli generalis, vel ad Academicorum nomen, hæc tria Symbola, quæ iam de multis recenſeo: nempe Hirundo auicula, quæ inſtructa bacillo traiicit mare,



cum hoc adſcripto epigrammate, DEFESSA, NON DIFFISA.

Lignum

Lignum teres & volubile, inſtar cylindri magni, quo lapis, quantumuis mole ingens, ſolet faci-



liùs adduci, cum Epigraphe, SVB PONDERE LEVIS, id exprimit; nempe onus exercitationum Academicarum, impoſitum animis, onus non videri, ſed potiùs motum & alacritatem conferre.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20


Et ſerpens intra circulos, ſopitus carmine incantantium, cum eâ inſcriptione, COLLIGET SEN-



SVS: ſic mens & animus Academici, etſi videtur dulcedine carminum & Muſarum torpere, ac eſſe veluti ſoporatus; colliget nihilominùs in eo otio pulcherrimo ſenſus, & famâ æternabitur.


His

His adiungere Symbolum ſuum Ioannes Baptiſta de Ninis Peruſinus (de quo alibi memini) & Patriæ ornatiſſimæ decora imitari volens, Apem figurauit, ſemet aduerſus ventorum flabra munientem, lapilli in humeros iniecti paruo, ſed vtili tamen libramento; eique loco lemmatis adſcripſit, NE DE- *Pag.100* *Plin. lib. 11.c.12.*



VIET IMPETVS EVRI. ratus, aduerſus animi permotiones vehementes, pondus decorum ſimul & pertinens admodum eſſe Academiæ eruditas exercitationes.

Ad generale Symbolum inſuper Academiæ Auiuatorum ſpectat tum Apis, quæ Antecurſoris mu-



nere fungitur, præitque buccinando, cum Epigraphe, Excitat ad opvs. dum aliæ velut acie inſtructâ, & compoſito agmine, ad florum prædam innocentem, & grata Hortorum ſpolia progrediuntur.

Vide paginâ 50.

Tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Tum Apes aliæ, quæ ante oſtiolum Apiarij excubias agunt, vt fucos abigant, cum lemmate, CVSTODIA SERVAT.



Demum ad generale Symbolum Academiæ Intrepidæ alluſit modeſtè, atque ingenioſè, qui pro ſchemate ſuo figurauit eum characterem, quo aſpirationis loco vtimur. Epigraphen hanc verò ei adſcripſit, SI CETERIS ADDAR. Nulla enim eſt poteſtas huius characteris, ſi ſolitariè illo vtamur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

adſpirat verò afficitque dictionem, ſi litteris ceteris addatur. Sic Auctor Symboli exiſtimauit, habiturum ſe, inter Viros eximiæ litteraturæ, aliquando



nomen, ſi Academicis Intrepidis (nam hi pro Symbolo prælum & typos litterarios aſſumpſerant) aggregaretur.

Ceterùm etſi hactenus laudaui Academicorum Symbola, quæ ingenioſam quamdam affinitatem præ ſe ferunt, vel cum propriæ Academiæ vniuerſali Symbolo, vel cum eorum appellatione; haud

proinde inficier, honorem & commendationem deberi Symbolis aliis item Academicorum. dum præſertim aut nobilem animorum conſenſionem, ſtudiorumque & morum quamdam harmoniam exprimunt: quod fit in ſchemate illo, in quo cheles duæ pinguntur, cum eo lemmate, ALIIS PVL-



SIS RESONABVNT. dicuntur enim conſonare ambæ, ſi Brumæ tempore propinquæ fuerint, tametſi earum altera ſolùm tangatur. *Tull. & Aul. Gell.*

Aut

Aut inſinuent, ab Academiâ virtutem & præſtantiam afflari: quod egregiè fit Aſpalatho herbâ, iuxta Iridem pictâ, cum Epigraphe, A TE VIR-



TVS MAIOR. Sicut enim Iris Aſpalatho, ſi herbam eam attigerit, miras virtutes ac peregrinos odores affundit; ſic euenit prorſus mentibus atque animis eorum felicium, qui Academiæ cæleſtem afflatum conſectari conſueuerunt.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

CAPVT V.

Auctoris definitio, quæ conueniat Symbolis Heroicis tam generalibus quàm particularibus.

ET ſi haud ita promptum eſt, inuenire breuem & circumſcriptam quamdam explicationem, quæ aperiat vel omnes vel præcipuas notiones Symboli Heroici: id mihi videor iam conari poſſe faciliùs in fine Operis; quia notitia rei plurima, quæ anteceſſit, conferet iuuabitque, vt quæcumque tecta ſunt atque inuoluta, definiendo ea poſſint euolui.

Non repeto, quæ initio è Scriptoribus aliis ideò proposui, ne rem ſemper opertam & complicatam proſequerer (gnarus videlicet, ante præcepta, vniuſcuiuſque formæ cognitionem enodatione aliquâ indigere:) ſed tantùm priùs refero deſcriptionem, quam in Tractatu ſuo de Origine & vſu Symbolorum Gentilitiorum habet Philibertus Monetius, vir admodum eruditus ex noſtrâ Societate, cùm ſeriùs ad manus meas Liber eius peruenerit.

A pag.171 vſque ad pag.176.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Parte 2. Exiſtimat *Typum Ethologicum* (ſic enim appellat Symbolum Heroicum) *myſticam quamdam eſſe allegoriam; quæ militaris, politici, amatorij, aut alterius cuiuſpiam argumenti breuem & ſenſu pleniorem gnomen complectitur, tecta veluti inuolucro, vel iconis nudæ à cognatâ Epigraphe, qui ſit typus, vt corporis inanimi: vel Epigraphes ab ſuâ icone deſtitutæ, qui ſit typus vt animi ſuo defecti corpore: vel iconis ſimul, & adſcriptæ Epigraphes; qui ſit typus vt animati corporis, & animi ſuo induti corpore. Quorum omnium typorum, & icon, & gnome, cuiuſuis materiæ ſolo inducantur: idque aut coloribus, aut ſine coloribus; ac eis non certis & ſtatis, ſed promiſcuis & arbitrariis.* Sic ipſe. Paulò pòſt: *Tria*, inquit, *veluti genera typorum noſtrâ deſcriptione propoſuimus: quorum alij conſtant quodam corpore inanimo, alij animo experte corporis, alij corpore animato, ſeu animo corporeis membris induto. Quorum primi ſunt omnium deterrimi, ſecundi primis paulò meliores, tertij extra controuerſiam omnium optimi.*

Vt hæc omnia expendam quàm breuiſſimè: appellatio illa Typi Ethologici placet vel ideò, quia ego etiam exiſtimo, Symbola noſtra Heroica ad diſciplinam illam, quæ eſt de Moribus, pertinere. Communior tamen videtur; cùm Apologos, Parabolas,

rabolas, Hieroglyphica vel Emblemata complectatur: quæ omnia Typi Ethologici peræquè appellari poſſent.

Deinde myſticam allegoriam reor, in eo ſenſu dumtaxat, noſtra hæc Symbola cenſeri; quo M. Tullius ait, allegorias, cùm à Græcis ita nomine quidem appellentur, genere meliùs tranſlationes vocari. Alioqui, quoniam vna dumtaxat in vno Symbolo eſſe debet tranſlatio, excuſari velim, ſi non admiſero, generis loco, in eius deſcriptione, allegoriam collocari: quæ nimirum fit, quando fluunt continuæ plures tranſlationes. *De Orat.*

Imò quia diximus, in noſtris Symbolis conſilia mentis grato inuolucro tum figuræ, tum lemmatis, decenter proponi, ſed non obſcurari; ex eo etiam excluditur allegoria: cuius vtique ſemper comes eſt aliqua obſcuritas. Vt propterea M. Tullius *2. Att. 20*
ad Atticum ſcripſerit: *Si erunt mihi plura ad te ſcribenda, allegoriis obſcurabo.*

Ad hæc, vt daretur locus argumento etiam amatorio; ſuaſerint, opinor, Symbola, eius veſaniæ nimis multa, quæ circumferuntur, & plauſum inueniunt: etſi deſciſcunt planè ab Heroicâ honeſtate pariter ac dignitate. Decent ea Paridem aliquem capillatum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

cincinnatum, & molliter pulchrum; non galeatum, criſtatum, & fortiter decorum aliquem, vel Hectorem, vel Achillem, vel Agamemnonem. Exemplo ſit Aquila, cui ſerpens maculoſa, Dipſas nomine, pectus admordet, cum hoc lemmate; SEMPER



ARDENTIVS. Tribuitur Viro Principi, ac Duci ſupremo militiæ Venetorum: quaſi Aquilæ icone ſemet figurauerit, & colubro mulierculam; quam deperibat, eò ſemper ardentiùs, quò frequentiùs ſibi pectus remordebat illius recordatio. Scilicet hæc

vnius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

vnius Imperatoris cura eſt; & non potiùs ordinare caſtra, inſtruere aciem, ſigna conferre, debellare hoſtem, legere ſpolia opima; &, quod ſemper fuit glorioſiſſimum, triumphare.

Profectò nec excelſa eſt, nec morata ea cogitatio; atque ideò typi Ethologici nomen haud meretur. Non eſt etiam Aquilæ virtus, ſed virus colubri, Aquilæ verò morbus & veneficium; quòd ſoleat eò ſemper ardentiùs ſitire, quò vberiùs bibit. Idcircò virus eſt etiam, non virtus, ita mulierculam deperire.

Quod ſpectat ad partitionem illam, in Symbolum, aut expers animæ, aut expers corporis, aut corporatum ſimul & animatum, quemadmodum id accipi debeat; conſtare poterit ex his quæ diſſerüi, in Quæſtiunculâ de figurâ, an ſit corpus, & de *Pag.193.* lemmate, an ſit anima Symboli Heroici. Ex aliis quæ tractaui deinceps, licebit etiam iudicium ferre, an verum ſit, omnium Typorum & iconem & gnomen, cuiuſuis materiæ ſolo induci poſſe.

Sed amplector equidem eam quam facit poteſtatem, coloribus, aut ſine coloribus, noſtra Heroica Symbola figurandi. Vir enim peritus maximè rei teſſerariæ iudicat ſapienter, non ita indigere adiu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

mentis colorum, illa quæ debent animis magis quàm oculis conſignari.

Duo iam huius generis inſeram, quæ Pater Ioannes Stephanus Campianus, hoc anno Leodij, in Collegio Anglorum Societatis IESV, excogitauit feliciſſimè, & obtulit publicè Illmo ac Reu^{mo} Petro Aloyſio Carafæ Epiſcopo & Legato; vt nobiliſſimos colores, album & puniceum, quibus lemniſcatum eſt Gentilitium Carafenſium ſchema, ad Heroicam ſignificationem transferret.

Alterum eſt Balſamum, ex arbuſculâ ſuâ ma-



nans,

nans, venâ bicolori, cum hac Epigraphe; ORIGINE AB VNA. Erat verò hæc èiuſdem Auctoris explicatio. *Pretioſus hic Naturæ fetus id quoque præ ceteris eximij habet; vt ex vnâ ſtirpe, vno eodemque partu fuſus, lacteo primùm candore conſpicuus, in germanum deinde ſe ruborem induat. In raro nempe germine, raram illam candidæ integritatis, cum illuſtri ſanguine, atque honorum fulgore conſpirationem, adumbratam cernimus. Principum verò illa fecunda Parens, Regumque affinis Gens* CARAFAEA, *tum concolori ſtemmate, tum laudis vtriuſque hereditario iure, per ætatum ſeriem tranſmiſſo, hoc ſibi, tamquam peculiare Symbolum, adſciſcat; geminumque decus, in vno cumprimis* PETRO ALOYSIO, *hauſtum ex vnâ ſtirpe, hoc adſcripto lemmate, teſtetur*, ORIGINE AB VNA.

Plinius l.12.c.25. Strabo libro 16. Geogr.

In Altero eſt Purpura, rubens eò nitidiùs, quò fuerit concha eius candidior, cum lemmate, DAT PRETIVM CANDOR. Explicatio hæc fuit. *Regalis conchylij ſuccus, auguſtæ Maieſtatis inſigne, cui vrbani Faſces & caſtrenſes Aquilæ parebant; cuiuſque luce omnis Imperij ſplendor illuſtriùs eniteſcit;* flore nobiliori fulget, vbi candidâ è conchâ, adnato etiam vnione, tamquam pretij notâ, progignitur: fidemque faciunt lecti ſub propinquo Sole Murices, in ſinu præſertim Indico, hoc genere*

**Ariſtot. Hiſtor. anim. l.5.c.15. Plin.lib.9 cap.36. Vitruuius lib. 7.cap.13. Dioſcor. l.2.c.10. Aelianus, Maiolus, Ouetanus, Geſnerus, & alij.*



nere compendij nobilitato. Gentilitia CARAFENSIVM *Purpura, Regali Pannoniæ Aragoniæque ſanguine bis tincta; eoque nomine, inter illuſtres Regni Parthenopæi Dibaphas, ſpectatiſſima; præcipuum tamen floridiuſque præ reliquis lumen ex natiuo Virtutis Fideique candore trahit (vnde &* CARAFIS *inuentum nomen) patrio vt iure, elegantioris hoc Naturæ cimelium, tamquam laudis auitæ pignus, ſuæque teſtem* PETRVS ALOYSIVS *vſurpare poſſit, cum hac Epigraphe;* DAT PRETIVM CANDOR.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Hæc gemina Virtutis cum Honore coniunctæ Symbola, ex natiuâ rerum indole petita, & argumento tam conſentanea, enimuerò Auctori ſuo, Viro ingenioſiſſimo, præmium doctarum frontium; hoc eſt eam, quam ipſe circumfert in ſuomet nomine, CORONAM promerentur.

Sed redeo, vnde fuit volupe digredi, commemorando eos tam benè coniunctos virtutis ac nobilitatis colores: hanc verò definitionem Symboli Heroici conſtituo; vt ſit, Contracta ad ſolam Protaſim, partim figurâ partim lemmate comprehenſam, ſimilitudo, vim habens exponendi perfectè, ac perſuadendi conſilium de re arduâ & laudabili moliendâ.

Exiſtimo in hac Definitione, neque abeſſe quidquam, neque redundare: atque adeò vnam in omnia, tam generalia quàm particularia, Symbola valere; breuiterque ac dilucidè, tum id quod eſt veluti genus, tum id quod eſt veluti forma, & proprium, declarare.

Sic à M. Tullio Metaphora definitur eſſe *contracta ad vnum verbum ſimilitudo*; & perinde à me Symbolum Heroicum definitur eſſe, contracta ad ſolam Protaſim ſimilitudo: nec enim ad Apodoſim in eo

tranſgredi oportet. Dum verò eadem Protaſis dicitur, partim icone, partim Epigraphe comprehendi; excluduntur tum ſolæ icones, tum ſolæ Epigraphæ. Cetera vim Italici nominis, IMPRESA, quod ſemper eſt de re arduâ & laudabili, exprimunt; ac declarant poteſtatem geminam exponendi perſuadendique; cui vtrique poteſtati reor maximè inſiſtendum eſſe.

Quid enim? ingenioſè aliquis vt explicaret ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Diuinam inſtitutionem, Cererem dum rapitur figurauit, relinquentem poſt ſe pe-



plum

plum ſeu velum, quo amiciebatur. Sic nimirum abit panis, ſolæque illius ſpecies permanent; vt panem Diuinum, hoc eſt abſconditum Deum, inſtar Cœli celent. Quod Symbolum etſi feliciſſimè vim habet exponendi, & ideò Auctori laudem promeruit, viro ex noſtrâ Societate; ex quo expectare ſit propediem iuſtum Volumen Symbolorum Heroicorum: attamen deſtituitur alterâ poteſtate perſuadendi: neque enim eſſe poteſt argumentum efficax futuræ rei Diuinæ, profana res & fabuloſa.

Id ſuaderet potiùs relicta, ante veprium & ſpina-



rum anguſtias, ſerpentis vnius pellis; quæ tametſi ſerpens videatur, atque oculis illudat; nihilominùs eſt COGNATI CORPORIS EXPERS: ſicut panis corporati ſunt omnino expertes eæ ſpecies in Sacramento Euchariſtiæ.

Onuphrius Panuinus etiam, vt ſuaderet ſe ad obeunda pia Ordinis Religioſi Sacerdotiique munia, ſimul & ad codices exarandos, ſtudiorumque laborem ſuperandum, ſemper fore promptum ex æquo; pinxit bouem inter Aram & Aratrum, cum



Epigraphe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Epigraphe, IN VTRVMQVE PARATVS: bos tamen ſæpè vtrumque refugit, atque adeò vtrumque videtur eſſe hominum inſtitutio.

Aptiùs multò eam Epigraphen Marchio Sanctacrucius, Archithalaſſus Philippi Regis, adſcripſit Porphirioni. Quæ auis eſt ſimul aquatica, ſimul terre-



ſtris; alterumq́ue pedem, inſtar anſeris, patulum & latum ad remigandum, alterum inſtar auium ceterarum ſectum, & cum falculis habet, vt terrâ etiam ingredi poſſit. Quo ille Symbolo profeſſus eſt, fo-

re ſe adæquè paratum ad belligerandum & terrâ & mari.

Quæ item petuntur ex Diuinâ Hiſtoriâ; vti columna nubis & columna ignis, cum eâ inſcriptiunculâ, ESTE DVCES, ſi nihil ſupra vim exempli con-



tineant; implent ea quidem ſpe hominum pectora, ſed certitudinem non præbent, rurſus ita futurum.

Petantur igitur vel à naturâ, vel ab arte factis: ſint Heroica, ſint honeſta; addo etiam, ſint modeſta, ne ſuperbiæ debeant inſimulari. Vt ne ſubtraham

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

traham exempla huius etiam virtutis pulcherrimæ, quædam etiam eius notæ commemoro.

Franciſco Abbati Puteobonello, ingenuo & modeſtiſſimo adoleſcenti; cùm Theſes Philoſophiæ publicas, abſque Auguſtorum Patrum conſeſſu (qui Romæ præſentiâ ſuâ illuſtrant & fouent ingenia litteratorum) ſtatuiſſet proponere diſcutiendas; obtuli pro Symbolo galeam, clathris omnino clauſam,



& cetera ornatam ſuo plumarum faſtigio. Lemma fuit, LVCEM ADIMO, ET VVLNERA.

Cæſar

Cæſar Laurentius ex noſtrâ Societate, alteri eum honorem declinanti pariter, dedit pro teſſerâ pyxidem, quibuſdam intus gemmis inſtructam, quæ lucem in Sole hauriunt, & ſeruant, egeruntque; ſi pyxis eadem, vbi clauſa fuerit, recludatur in tenebris. Erat verò Epigraphe; AMAT OBSCVRVM.




Nimirum etiam ipſe lucem animi faciliùs erat explicaturus in priuato, & minùs celebri conſeſſu.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Non diſſimile argumentum fuit noctua, in tenebris videns, cum hoc lemmate, NIL INDIGA



LVCIS. Quam teſſeram Philoſopho perinde diſputaturo, in ſolâ litteratorum coronâ, & exiſtimanti hoc fore ſatis ad promerendam famam, compoſuit Tarquinius Gallucius, ex noſtrâ Societate, vir eruditionis & facundiæ perelegantis, ac Magiſter meus.

In re magis Heroicâ Rodulpho Baptorpo, Equiti Aurato, Parenti ſuo (quòd profeſſione Religionis Catholicæ, in Regno Britanniæ, vel inter dura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

imperia, & exilij neceſſitatem, manſerit gloriosè in eo idem animus) Lunam dedicauit pro Symbolo P. Thomas Baptorpus è noſtrâ Societate eius filius, & vir ingenioſiſſimus: Lunam, inquam, deſumptam ex Gentilitio familiæ ſchemate, cum hac Epigraphe; LATEO, NON MINVOR. Dum enim



Luna ſeu videatur creſcere, ſeu ſeneſcere, orbe vniuerſo tota non lucet; pars eius obſcurior latet quidem, at non ideò minuitur, ſed retinet magnitudinem ſuam.

Alius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Alius anteà Oxonij in Academiâ celebris, mox Londini in Aulâ, inter honores ac plauſus, modeſtiæ perfuſus purpurâ, pro ſe loco Symboli germen corallij, rubens extra mare, propoſuit cum hac Epigraphe; ANTE VIREBAM. inter Lycea videlicet



Sapientium, & in Theatro Litteratorum; tametſi erubeſceret ad eos Aulæ honores. Sed traxit me nimia voluptas in contemplationem eius nobiliſſimæ virtutis, quam animi Modeſtiam appellamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Vnum adhuc ſuadeo, vt ſemper promittantur in Symbolis ea, quibus animus excolitur, ac euadit melior, imperfectione ſuperatâ. Ex quo genere ſit oleaſter, cui ramus oleæ inſeritur, cum adſcriptâ Epigraphe, SVCCOS OBLITE PRIORES. Hinc




verò eſt, cur Academiæ, & Academici, de quibus memini, habeant vt plurimùm nomina, quæ imperfectionem ſonant quidem, ſed repurgandam, ſanandamque beneficio Sapientiæ, ac iugi exercitatione litterarum.

Quòd

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Quòd ſi contineatur in Symbolis profeſſio alicuius magis illuſtris & prorſus Heroicæ virtutis, tunc enimuerò tanti nominis menſura impletur, quantam eſſe diximus in vocabulo Italico IMPRESA. Sit in hoc cenſu ſchema Reinperti Comitis Habſ-



burgenſis; globus nimirum ferreus intus vacuus, qui poſitus in igne, vaporem efflat, eoq́ue ignem eumdem, à quo læditur, è regione accendit, & veluti iuuat; cum hac Epigraphe, LAESVS IVVO. Cicero dixit de Viro qui iniurias condonet: Hunc non cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

hominibus comparo, ſed ſimillimum Deo iudico. ac multò eſt auguſtius, beneficium & gratiam reponere pro malefactis.

Hæc de Symbolis Heroicis, ad Amicorum nutum ſcripſi; neſcio an ad eorum etiam votum. Ipſi quidem æqui boni conſulent; & quæ ſum conatus, aut laudabunt, aut excuſabunt. Alij perſuadeant ſibi, præcepta & leges à me non iuberi, ſed ex veteri formulâ, me potiùs Rogatione vti, atque vſurpare illud; VELITIS IVBEATIS, ita Heroica Symbola prodire, vt ſummopere delectent ſimul ac ſuadeant, & vt ob eam vtramque laudem etiam ſummopere placeant, nec vllam cenſuram in Apollinis ac Muſarum Curiâ, vel in Litteratorum Senatu, vereantur.

Ea, quæ ſcripſi hactenus fusè, coëgit in arctum, & in compendium miſit Vir harum rerum ſtudioſiſſimus: quò vniuerſa ſimul animum ſubeant abſque faſtidio vel tædio prolixioris diſſertationis. Appendicem hanc labori meo parem iudico; & adiungo vel ideò; vt dum eâ finio, hic ſaltem, Finis coronet Opus, quandoquidem eſt à Viro, quem dixi
Pag. 454 457. alibi, geſtare in animi laudibus peræquè atque in ſui ſignificatione nominis CORONAM.

DISPV-

DISPVTATIONVM ACADEMICARVM DE SYMBOLIS HEROICIS PERIOCHA.

PAr Symbolis Heroicis argumentum ſuppeditant in primis Cælites; mortales deinde infulis ſceptróve inſignes: belli rurſus aut pacis artibus nobilitati; virtute denique ac genere illuſtres feminæ. Libri I. Cap. I. II. III. IV. V.

Nummi (quorum prima origo, nomen formaq́ue impreſſa, à permutatione rerum, pecoriſque præcipuè, fluxit) olim, tamquam famæ pignora, illuſtrium virorum memoriæ conſecrabantur: iiſdemq́ue veteres, futuræ felicitatis auguria polliceri ſoliti. Libri II. Cap. I. II. III.

Manumiſſis ſeruis, tamquam fortunæ inſigne, tributi primò annuli, Romanis deinde Regibus, Ducibuſque, ferrei; aurei tandem Equeſtri etiam Ordini, Tribunis, Centurionibus, poſtremò Medicis conceſſi. Libri III. Cap. I. II.

Nuptiis quoque dicati annuli apiri, ſcalptiq́ue cælatiq́ue. Sigillares, victimis, armariis, reliquoq́ue inſtrumento, Cap. V. VIII. X. IX.

litteris

litteris denique ſignandis, tamquam arcani fideíque indi-
VII. *ces, adhibebantur : adumbratas verò ſemper virtutis notas referebant.*

Libri IV. Cap. I. *Mutis quibuſdam teſſeris ad latentes animi ſenſus explicandos vſa Antiquitas.*

II. *Eâdem arte non caruere ætates poſteræ.*

III. *Signis nonnumquam characteres, voceſque integræ, adiunctæ; muſicoque concentui myſteria credita.*

IV. V. *Innumeri clandeſtinæ ſcriptionis modi, Laconicæ ſcytalæ, variis ſuccis characteres illiti, inuerſus litterarum ordo, interciſa linearum ſpatia, &c.*

VI. VII. *Nôn pauciores arcana conſilia indicandi viæ, omni ad ſocios, belli tempore, intercluſo aditu.*

Libri V. Cap. I. *Emblema, à Græco ἐμβάλλω, vocabulum Latinis quoque vſitatum, vermiculatum quodcumque opus, ſigillaque aureis argenteiſque inſerta vaſis ſignificat.*

II. *Emblema verò, vt Poëticæ quoddam genus denotat (cuius Princeps Andreas Alciatus) eſt ſuauis expoſitio rei veræ vel fictæ, conſtans picturâ ac metro, vim habens admonendi.*

III. *Emblematis admonitio modò aperta, modò tacita.*

II. *Picturâ & carmine admonitionis ſeueritas conditur.*

Picturâ & carmine, tamquam partibus, Emblema conſtat : aduentitium lemma.

Picturæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Picturæ vocabulo ſubiicitur figura vel vnica, in tabulâ, ære aut marmore expreſſa.

Emblemati materiam præbent, Hiſtoriæ, Poëtica commenta, Apologi, Hieroglyphica, natiua rerum indoles.

De carminis genere cuique integrum, modò vt picturam breuiter concinneque explicet.

Italica vox IMPRESA, *à verbo* IMPRENDERE *(id* Libri VI. Cap. I.
eſt, aliquid cum laude aggredi, aut moliri) deducta, argumento eſt, Symbola Heroica in Italiâ nata.

Impreſa *Latinè redditur Symbolum Heroicum :* Sym- II.
bolum *enim figuram aut lemma, aut vtrumque ;* Heroicum, *honoris appellationem indicat.*

Symbolorum Heroicorum originem ſibi vendicat ætas III.
noſtra.

Symbolum Heroicum eſt explicatio conſilij de re lau- IV.
dabili, & cenſetur publica profeſſio, & quaſi chirographum exſtimulans ad ea gerenda, quæ Auctor aggredi ſtatuerit.

Solo lemmate exprimenda Symbola non ſunt, ſiue illud V.
numerorum characteribus, ſeu litterarum elementis, ſeu ſententiâ ambiguâ ſeu apertâ conſtet. A Pythagoricis enim VI.
Symbolis, Ænigmatis, Gryphiſque, figurâ tamquam vitâ ac motu diſtinguenda ſunt.

Figuræ in Symbolis Heroicis Epigraphe adiicienda, ne VII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

incerta, confuſa, & obſcura, ab Hieroglyphicis, inſignibus Gentilitiis, ſigillis, clandeſtinis notis, aliiſque mutis teſſeris non diſcrepent.

VII. *Symboli Heroici Anima, ſimilitudo ſeu comparatio eſt, non lemma ſeu Epigraphe, quæ indicat, non conſtituit animam, vt nec vox in homine; non in muſicis deſcriptæ notæ, ſed harmonia; non in fabulis verſus, ſed imitatio; non in horologiis nola aut index, ſed machinarum impulſio certis legibus temperata, &c.*

VIII. *Appoſitè nonnulli ſtipulationis, fideiuſſionis, promiſſionis publicæ, ſigilli teſtiſque iurati nomine Heroica Symbola deſignant, cùm ad ea præſtanda, quæ figurâ ac lemmate proponuntur, obligetur fides.*

IX. *Comparatio, ſiue ex Protaſi conflata Apodoſique oratio ſit, ſeu verbi vnius tranſlatio, Symbolis Heroicis indiuidua comes eſt, cùm delectandi tum perſuadendi causâ.*

X. *Petita ab Apologis ac fabellis comparatio, Symbolis Heroicis indigna: à fictâ enim incredibilique Protaſi Apodoſis nihilo firmior ſit, planeque langueat argumentatio, neceſſe eſt.*

XI. *Parabola itidem, rei fictæ narratio licet probabilis, excludenda: ſimulque Hieroglyphica, commenta nempe hu-*
XII. *mana, plerumque vero plus nimio abſtruſa. Naturæ tamen*

vis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

vis in Hieroglyphicis non raró elucens, vt ſtabilis, hominumq́ue arbitrio nequaquam obnoxia, non reiicienda.

Exemplum (Protaſis licet vera ſit) vt rarum tamen, liberum, fortuitum, non conſtans, & immutabile, Suadelæ neruis caret. Singulare veró factum ſi memoretur, lux deerit Symbolo; ſi quid deinde mortalibus commune, naturæ proprietas non ſimilitudo erit, nihilq́ue eximij habet, id præ ſe ferre, ad quod nemo non natus ſit. XIII.

Figura humana, licet Symbolis Heroicis aliena ſit, in ſpeculo tamen, aquâ, tabulâ, in ſole vmbra, perſona denique, vt artis opus, non refutanda. Nec manus flore telóve ornata videatur inſolens, cùm non Symboli cenſenda pars, nec mutila, latente, non corpore truncato, ſit.

Fortuita quæcumque à Symbolis Heroicis ableganda. XIV.

Effecta ab arte iuſtam ſtabilitatem habent; naturæ enim neceſſitatem æmulantur, eaq́ue ſemper ad eamdem normam lex certa dirigit: ſuadent proinde maximeq́ue oblectant. XV.

Similitudo à naturâ ducta, cùm perſuadendi, tum delectandi vi palmaris eſt. XVI.

Vehementiùs perſuadet ſimilitudo, aduentitiis quaſi opibus inſtructa. Voluptatem veró maximam parit conſtans Naturæ Artiſque veritas; iucunditatem demum cumulat cognitio multiplex, totaq́ue ſimul pulchritudo à metaphorâ XVII.

quaſi oculis ſubiecta. In Symbolis Heroicis ſimilitudo tamquam fulmen feriat, neceſſe eſt; neque alienum videatur, vt his Naturæ Artíſve finibus Ars noſtra ſe circumſcribat, cùm ſcientiæ vniuerſæ arctiores ſibi neceſſitatis terminos circumdent.

Libri VII. Cap. I. *Plures figuræ, eæque diſpares (præſertim vna ſi princeps ſit) modò vt idem in argumentum conſpirent, ordinéque non præpoſtero componantur, à Symboli Heroici legibus non abhorrent.*

II. *Non ita figuranda Protaſis, vt careat lemmate; neque ita adhibenda Epigraphe, vt figura planè lateat: vtrobique enim officiunt tenebræ. Natiuis tamen inuolucris res abdita non improbatur.*

Figuras coloribus obnoxias Heroica non magis Symbola, quàm inſignia Gentilitia reſpuunt, cùm & Epigraphe lucem afferat, adſcitique coloris æs, marmor, ceráque capax ſit, certo denique linearum ductu colorum diſcrimen periti artifices in ære exprimant.

III. *Peregrina planéque exotica, quæque mentem auctoris non aſſequuntur, Symbolicas figuras vitiant. Fecunditatis verò laudem referunt, geminus quibus ſenſus, dilucido accedente lemmate, ſubiicitur.*

IV. *Significatio, non ſpecies figuram illuſtrat; reſque etiam aſpectu horridas Ars imitatrix gratas exhibet.*

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Quæ ad Auctorem, ſignáve Gentilitia, aut rei præclarè geſtæ, aut vitæ anteactæ memoriam attinent, venuſtiſſimæ figuræ ſunt. V.

Hemiſtichio circiter definiri lemma par eſt: nam nec figurâ ſolùm, nec tota, dumtaxat Epigraphe, complectenda Protaſis. Libri VIII. Cap. I.

Superuacaneum lemma eſt, quod vel omnibus nota, vel quæ ex figurâ patent, exprimit.

Demonſtrandi comparandíque voces, ſic, ita, haud aliter, *&c. redundant: Apodoſis enim à lemmate non attingenda.* II.

Epigraphen reticentia exornat; Lectoríque periucundum accidit, ſibi vt aliquid, modò non abſtruſum, ſubſtituendum videat. III.

Quæ figuræ ſemper & vbique vel adiuncta, vel habentur propria, lemmati ediſſerenda: cui peruagata opinio fidem abundè facit, reique notæ vis rarior, & infrequens Symbolo pretium addit. IV.

Vitia ſeu propria ſiue aliena Symbolo adumbrare, Heroicum non eſſe, & res ipſa, voxque princeps IMPRESA *monet. Quidquid enim aut noſtro aut alieno nomine hunc in modum proponitur, videmur ipſi non obſcurè profiteri.* V.

Modeſtiæ fines non tranſilit, qui magna, conditione tamen ſuâ fortunaque non maiora, de ſe ſpondet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

VI. *Prima, tertiáve perſona, niſi figuræ tribuatur ſermo, plerumque in Symbolis vſurpanda. Tempora, modíque omnes, cùm ſtabiles proprietates denotare poſſint, pro re natâ lemmatis idonei.*

Epigraphen tamquam lumina exornant ſchemata, vt Antitheſis, Traductio, Annominatio, &c. Ornatum enim Oratorium Symbolis adſciſcere fas eſt. Ceterùm non illo tamquam fundamento innituntur, neque ex re fictâ ſimilitudo ducitur. VII. *Alluſio verò ad Auctoris nomen, Gentilitium ſtemma, res geſtas, dignitatem, animi denique ſenſum, multò iucundiſſima eſt: ad Apodoſin enim tacitè quaſi digitum intendit; Lectoris autem induſtriæ relinquit penitus inueſtigandam.*

VIII. *Lemmatis verba aut propria, aut peruulgato vſu celebratæ metaphoræ ſint; ne cùm in Protaſi figura, tranſlationis inſtar habeatur, geminæ naſcantur Protaſes, vnáque aut aliam euertat, aut ambæ permiſceantur.*

IX. *Vt Poëtici numeri Epigraphen apprimè illuminant, ita ex veterum monumentis lemma mutuò tranſſcribere, modeſtiæ induſtriæque meretur laudem.*

X. *Tritum pluribuſque commune lemma, dictio pariter altiùs tranſlata, offundit tenebras. Barbaræ quoque linguæ, aut politioris litteraturæ hominibus planè incognitæ, debitam figuræ lucem adimunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Heroica non rarò Symbola publicam præ ſe fidem fe- Libri IX. Cap. I.
runt : modò Equeſtrium Ordinum : modò Sodalitatum Par- II.
theniarum : Academicorum modò cœtuum : qui, vt virtu- III.
tis ſtudium animique cultum ſpectant, ita rudia plerum-
que inchoataque proponunt ſibi excolenda.

In generalibus Symbolis eluceat oportet ſociale nomen,
conſpiratioque plurium, ad ſtatutum vſque decus perſe-
quendum.

Peculiaria Symbola, vbi ad Sodalitij nomen commu- IV.
némve teſſeram collimant, conſortem ſibi laudem vendicant.

Morum ſtudiorumque coniunctionem, vimque cultri-
cem Academiæ innuere, Symbolis Academicis non alie-
num eſt.

Apologi, Hieroglyphica, Emblemata, non Symbola V.
dumtaxat Heroica, cum morali diſciplinâ cognationem ha-
bent.

Tranſlationes plures vno in Symbolo non adhibendæ, ne
multiplex oriatur Protaſis, remque plus nimio inuoluat.

A Symbolis Heroicis amatoria leuitas faceſſat, vt ab
honeſtatis laude, omnique decore abhorrens.

Symbolum Heroicum eſt, contracta ad ſolam Protaſim,
partim figurâ partim lemmate comprehenſam, ſimilitudo,
vim habens exponendi perfectè ac perſuadendi conſilium
de re arduâ & laudabili moliendâ.

Apodoſis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Apodoſis à ſimilitudine intacta lateat.

In Symbolis Heroicis eniteat ſplendor, modeſtiæque ſociata amplitudo : animíque cultus & expolitio præferatur.

Exponendi ac perſuadendi vis, ſpectanda maximè : ab vnis adeò Naturâ & Arte, petendum Symbolis Heroicis inſtrumentum. Id quod in Operis veſtibulo, ſummi artificis penicillo deſcripta effigies eleganter monet. Cæleſte enim illud vitæ humanæ lumen, mentiſque diuinæ ſoboles, Ingenium, eximij muneris conſortes Naturam Artemque adſciſcit, mutuaſque opes ad veræ nobilitatis decus, factorumque illuſtrium ornamenta, confert. Et verò ſi diſciplinarum omnium inuentorumque princeps Ingenium ſit ; hîc planè regnat, vbi geminæ illæ ſuauiſſimæque oculorum mentiſque illecebræ Pictura ac Poëſis, vnam in laudem venuſtiſſimè conſpirant ; eoque natales ſuos Symbola Heroica non obſcurè ferunt, ac patriam innuunt, gentem Vrbemque illam, quæ ſummi ſemper Imperij atque Ingenij ſedes, & magna gerere, geſtaque præclarè ſolemne habuit propriis gloriæ inſignibus decorare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

INDEX
SYMBOLORVM HEROICORVM
QVÆ IN HOC OPERE SCVLPTA.

1. SErula compoſita ex circulis volubilibus litteratis : VNI PATET VERBO. *pag.* 3.

2. Sol in nube imprimens imaginem ſui ; QVIA RESPEXIT. 4.

3. Ouum à Sole eleuatum ; QVIA RORE PLENVM. 5.

4. Galea inuerſa ferrum candefaciens ; POST MVNERA BELLI. 6.

5. Lucerna verſatilis ; VERTE, NON EXTINGVES. 7.

6. Speculum ; OMNIBVS OMNIA. 8.

6. Calcaria ; ETIAM CVRRENTIBVS APTA. 9.

8. Tubus puluerarius, collineans in ſcopum ; NE DEVIET ARDOR. 10.

9. Ceruus ad fontem properans ; VNA SALVS. 11.

10. Globus cryſtallinus, in Sole ignem vibrans ; CANDOR ILLÆSVS. 12.

11. Sol ; NON EXORATVS EXORIOR. 13.

12. Follis pugillarius in mari ; INANES MINÆ. 14.

13. Vomer ; LONGO SPLENDESCIT IN VSV. 15.

14. Cygnus Aquilam interimens ; LACESSITVS. 16.

15. Phœnix in Sole ; VT VIVAT. 17.

16. Vrſa priorum pedum ſuctu viuens ; IPSE ALIMENTA SIBI. 18.

17. Situlæ putei ; ALTERA LEVATVR. 19.

18. Situlæ item putei ; ALTERNANT PONDERA EVNDO. 20.

19. Statera ; OMNIBVS EADEM. 21.

20. Bilanx ; CONSISTAM IN ÆQVO. 22.

21. Tubus opticus, qui notat Solis maculas ; NON IDEO MACVLOR. 23.

22. Sol in circulo Zodiaci ; NONDVM IN AVGE. 24.

23. Aquæ influentes in rotam molendini ; CONVERTVNT, NON EVERTVNT. 21.

24. Hiſtrix ; EMINVS ET COMINVS. 26.

25. Luna creſcens ; DONEC TOTVM IMPLEAT ORBEM. 27.

26. Equus circum tranſiliens ; NON SVFFICIT ORBIS. 28.

27. Bos gradiens ; PAS A PAS. 29.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

28. Mus Armenius; MALO MORI, QVAM FOEDARI. 30.
29. Elephas ſubmouens manu ouiculas; INFESTVS INFESTIS. 31.
30. Arma condita in armamentario; CONDVNTVR, NON CONTVNDVNTVR. 32.
31. Muſtela, cum rutæ ramuſculo; AMAT VICTORIA CVRAM. 33.
32. Rex apum; MAIESTATE TANTVM. 34.
33. Apes, quæ aculeos ſuos PRO REGE EXACVVNT. 35.
34. Rhinoceros; NO BVELVO SIN VENCER. 36.
35. Sol; NON MVTVATA LVCE. 37.
36. Erinaceus; DECVS ET TVTAMEN IN ARMIS. 38.
37. Palma pondere depreſſa; INCLINATA RESVRGO. 39.
38. Vimina paluſtria; FLECTIMVR, NON FRANGIMVR. 40.
39. Millus clauulis munitus; SAVCIAT ET DEFENDIT. 41.
40. Follis pugillarius; PERCVSSVS ELEVOR. 42.
41. Enſis in furfure; A TEMPO. 43.
42. Mare à Sole tepefactum; NVMQVAM SICCABITVR ÆSTV. 44.
43. Baculus intra aquam; FALLIT IMAGO. 45.
44. Aquila pullos ad Solem explorans; MEI NON DEGENERANT. 46.
45. Anſer germen reuellens; DEFICIAM, AVT EFFICIAM. 47.
46. Struthiocamelus oua intuitu fouens; DIVERSA AB ALIIS VIRTVTE. 48.
47. Roſa inter cæpas & allia; FRAGRANTIOR. 49.
48. Apis, quæ florem depaſcitur; SINE INIVRIA. 50.
49. Roſæ; ET DECERPTÆ DABVNT ODOREM. 51.
50. Bombyx egrediens è ſuo ergaſtulo; ET FECI, ET FREGI. 52.
51. Bombyx intra ergaſtulum; OPERITVR, DVM OPERATVR. 53.
52. Flos in areolâ; NON ALIBI MELIVS. 54.
53. Circinus; DIRIGOR, ET DIRIGO. 55.
54. Triangulus è cryſtallo; VEL FOEDA NITESCVNT. 56.
55. Statera; PONDERE ERIGOR. 57.
56. Tubus puluerarius; ARDENDO M' INALZO. 58.
57. Venti flantes in mare; TVRBANT, SED EXTOLLVNT. 59.
58. Talus luſorius; SEMPER IACTATVS, SEMPER ERECTVS. 60.
59. Acus Magnetica; INOCCIDVA SEQVOR. 61.
60. Vnio gemma; DESERVISSE IVVAT MARE. 62.
61. Conchula eiuſdem vnionis; EXVVIIS SVVS EST HONOR. 63.
62. Stella cadens; CECIDISSE VIDETVR. 64.
63. Aurora; DVM PARIO, PEREO. 65.

64. Maſſa auri; RVBIGINIS EXPERS. 66.
65. Flamma; NVMQVAM DEORSVM. 67.
66. Crocus; PEREVNDO MELIOR. 68.
67. Miles cum face; CREMABO VRBEM. 170.
68. Miles cum ſcalâ; NEC MARS IPSE REPELLET. 170.
69. Sol; SPECTATVR, CVM DEFICIT. 190.
70. Sol; SOLVS INDEFICIENS. 191.
71. Sol; VBIQVE SIMILIS. 192.
72. Chimæra; F. A. B. 203.
73. Orbis ex cæleſti manu pendens; NIL SINE DEO. 204.
74. Pegaſus proterens extremis pedibus leonem; PERENNITAS LAVDIS. 205.
75. Grus cum vulpe obſonans; FRAVS FRAVDE COMPENSATVR. 206.
76. Hercules hydram clauâ conuerberans; TV NE CEDE MALIS. 207.
77. Iaſon, & in eius manu vellus aureum; ASSIDVITATE. 208.
78. Perſeus Andromedam liberans; AMAT VICTORIA CVRAM. 209.
79. Claua, glomus fili, & tres picei orbes; HIS ARTIBVS. 210.
80. Teſtudo per aërem volans; AMOR ADDIDIT. 211.
81. Obeliſcus cum aliis agglutinatis; IMMOBILIS. 212.
82. Tantalus ſitiens in fluuio; INOPEM ME COPIA FECIT. 213.
83. Ramus oleæ, & ramus palmæ, in vertice montis; ARDVA VIRTVTEM. 219.
84. Oleæ ramus cum flagello; POENA, ET PRÆMIVM. 220.
85. Lyra cum gladio, & lituo ſacro; NIHIL ILLE RELIQVIT. 221.
86. Brachium cum clauâ, & oleæ ramo; VTRVM LVBET. 222.
87. Dexteræ duæ iugatæ, cum caduceo; FIDE ET CONSILIO. 223.
88. Brachium cum enſe, ſupra librum; HIC REGIT, ILLE TVETVR. 224.
89. Corda in clypeo plurima; HIC MVRVS AHENEVS ESTO. 225.
90. Armatum brachium, cum citharâ; HÆC MIHI TVBA. 226.
91. Velum nauticum ſupra teſtudinem; FESTINA LENTE. 227.
92. Capricornus, cum orbe, remo, & cornucopiæ; FIDEM FATI VIRTVTE SEQVEMVR. 228.
93. Brachia duo, quæ ab aliis duobus ſuſtentantur; TVTISSIMVS. 230.
94. Gordius nodus, qui à cultro ſcinditur; TANTO MONTA. 231.
95. Malogranatum; TOT ZOPYROS. 232.
96. Haſtæ in falcem colligatæ; VNITAS. 233.
97. Lucretia ſibi mortem inferens; FAMAM SERVARE MEMENTO. 234.
98. Mutij Scæuolæ manus in igne;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

igne; HIS GRAVIORA. 235.

99. Flagrans Epheſi Templum Dianæ; ALTERVTRA CLARESCERE FLAMMA. 236.

100. Nauis Victoria; ÆMVLA SOLIS. 237.

101. Hercules Cælum ſuſtentans; VT QVIESCAT ATLAS. 239.

102. Tres ardeæ vno iaculo transfixæ; DEDERIT NE VIAM CASVSVE DEVSVE. 242.

103. Haſta perfracta; HINC LACRYMÆ, HINC DOLOR. 243.

104. Equus; SOLI CÆSARI. 244.

105. Pila pugillatoria; VI, ET VIRTVTE. 246.

106. Falco auis, in manu venatoris; MAIORA CÆDVNT. 247.

107. Vinea militaris; HINC FORTIOR IBO. 248.

108. Fores cancellatæ, ex catenis pendulæ; ALTERA SECVRITAS. 249.

109. Horologium ſolare; NVLLA HORA SINE LINEA. 250.

110. Dentale agricolarũ; EVERTIT, ET ÆQVAT. 251.

111. Globus incendiarius; AV LIEV, ET TEMPS. 252.

112. Teſſera dimidia, cum notis rei emptæ; RESPONDET VNI. 253.

113. Serula ex circulis volubilibus litteratis; SORTE, AVT LABORE. 254.

114. Globus excuſſus ex tormento in maſſam lanæ; IN MOLLI FRANGITVR. 255.

115. Larua; VERA LATENT. 256.

116. Tympanum, ſeu verſatilis ingens rota; MANENS ATTOLLIT ALIA. 257.

117. Rana ſupra paruam inſulam; MIHI TERRA, LACVSQVE. 259.

118. Crater ſignum cæleſte; INTER ECLIPSES ORIOR. 260.

119. Pelicanus, pullos ſanguine ſuo nutriens; PRO LEGE, ET PRO GREGE. 261.

120. Salamandra in igne; DVRABO. 262.

121. Rami duo, ex lauro, igniaria; DOMINVS MIHI ADIVTOR. 263.

122. Aranea operans, aduerſo vento; AVDENTIOR IBO. 264.

123. Muſculus piſcis, balenam ducens; VRGET MAIORA. 265.

124. Heliotropium in Sole; NON INFERIORA SECVTVS. 266.

125. Putei aqua; MOTV CLARIOR. 267.

126. Elephas vterum geſtans; NASCETVR. 268.

127. Silex igniarius; NON QVOVIS TERITVR. 269.

128. Flamma; QVIES IN SVBLIMI. 270.

129. Teſtudo in mari ſub Sole; IMMERSABILIS. 271.

130. Sol inter nubila; OBSTANTIA SOLVET. 272.

131. Aquilæ pluma, inter aliarum auium plumas; ALIAS DEVORAT VNA MEAS. 273.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

132. Veſtis, ex aſbeſtino lapide intra ignem; SEMPER PERVICAX. 274.

133. Scorpio; QVI VIVENS LÆDIT, MORTE MEDETVR. 275.

134. Vitulus marinus; SIC QVIESCO. 276.

135. Grus lapidem vnguibus tenens; OFFICIVM NATVRA DOCET. 277.

136. Muſtela, cum rutæ ramuſculo; CAVTIVS PVGNAT. 278.

137. Rana Ægyptia, cum inſerto in os calamo; VIRTVTE, NON VI. 279.

138. Accipiter; RECTA SVRSVM. 280.

139. Gallus auis; NON DECIPIT SOMNVS. 281.

140. Aſbeſtus lapis; SEMPER ARDET. 282.

141. Anſer; NON ALIENA. 283.

142. Speculum; CVNCTIS ÆQVE FIDVM. 284.

143. Grues volantes, cum iniecto in os lapillo; TVTA SILENTIA. 285.

144. Aues Seleucides; ALIIS. 286.

145. Regaliolus auis; NON VSITATA, NEC TENVI FERAR. 287.

146. Mappa ex lino Indico in igne; TERGET, NON VRET. 288.

147. Spica inclinata; QVIA PLENA. 289.

148. Ignis; NEC PROPE, NEC PROCVL. 290.

149. Aqua flammam inſpergens; EXTINGVERE SVETA. 291.

150. Roſa ſpinis ſepta; ABIGITQVE TRAHITQVE. 292.

151. Equus tactus à lupo; MORSV PRÆSTANTIOR. 293.

152. Teſtudo animal; SVB PARVO, SED MEO. 294.

153. Vrſæ cæleſtis ſidera; VERTITVR, NON OCCIDIT. 304.

154. Roſa hinc paſcens apem, illinc ſcarabæum interimens; VNI SALVS, ALTERI PERNICIES. 305.

155. Tabula picturæ aptata; MELIOR FORTVNA NOTABIT. 307.

156. Parmula alba; PAR NVLLA FIGVRA DOLORI. 308.

157. Sol verſus Horizontem; NON CERNVNTVR, ET ADSVNT. 309.

158. Annulus cum adamante, & plumis, albâ, viridi, & rubrâ; SEMPER. 312.

159. Epiſtolæ in ignem coniectæ; ARDORIS ROGVS. 316.

160. Taxus herba; ITALA SVM, QVIESCE. 318.

161. Aries retrocedens; VT VALIDIVS. 323.

162. Iris eò ſublimior, quò Sol eſt altior; A MAGNO MAXIMA. 325.

162. Campana; COMMIXTIONE CLARIOR. 326.

164. Siren; CONTEMNIT TVTA PROCELLAS. 327.

165. Hortulus florum; EXPECTAT APES. 328.

166. Aquila in nidum lapides ferens; MATVRABITVR PARTVS. 329.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

167. Organum Muſicum; NON AD CHOREAS. 330.

168. Luna creſcens; SIC. 338.

169. Sclopeti rotula, cum ſilice igniario; SI TANGAR. 339.

170. Cometa; MICAT INTER OMNES. 340.

171. Nauis in tempeſtate; DVRATE. 341.

172. Columnæ Herculis; PLVS OVLTRE. 343.

173. Horologium Solare ex herbis conſitum; DOCET ET DELECTAT. 355.

174. Ignis in ſummâ turri; FERTE CITI FERRVM. 356.

175. Vrſæ partus; VTINAM PERPOLIATVR. 357.

176. Fax accenſa intra vitreum globum; VT LATIVS ILLVSTRET. 358.

177. Nauis, quæ conetur intrare portum; AVT INGREDI, AVT PERIRE. 359.

178. Lotos germen in Sole; PER TE MERGO, ET IMMERGO. 360.

179. Camelus, accepto onere, ſurgens de genu; NO SVFRO MAS, DE LO QVE PVEDO. 361.

180. Cancer; RETROCEDENS ACCEDIT. 362.

181. Obex clathratus, ante caminum; COMMODVM, SINE INCOMMODO. 363.

182. Hedera quercum circumplexa; NEC RECISA RECEDET. 365.

183. Vrſus linguam apibus præbens; ACIEM ACVENT ACVLEI. 366.

184. Hamus; NON CAPIO, NISI CAPIOR. 367.

185. Canis proprium vulnus lambens; NI LINGAT, LANGVET. 368.

186. Hortus floridus in Sole; ASPICE, VT ASPICIAR. 369.

187. Vrſa maior; SINE OCCASV FELIX. 370.

188. Arbor cum inſito ramuſculo; ET PEREGRINVM ALO. 371.

189. Enſis; VICE VALLI ERO. 372.

190. Luna; CRESCE IN BENE. 373.

191. Roſa iuxta riuulum; VER ALO. 374.

192. Equa hiante ore; AVSTRO SPIRANTE CONCIPIAM. 375.

193. Leo leunculum ad vitam reuocans; RVGITV EXSVSCITAT. 379.

194. Funis incendiarius; VIVIT AD EXTREMVM. 381.

195. Circulus deſcribens ſuum orbem; LABORE, ET CONSTANTIA. 382.

196. Horologium rotatum; MOBILITATE VIGET. 385.

197. Fluuius; VIRES ACQVIRIT EVNDO. 386.

198. Patera ex ligno hederæ; EXSVDAT INVTILIS HVMOR. 387.

199 Clypeus cum ſclopeto ad vmbonem aptato; SAVCIAT, ET DEFENDIT. 389.

200.

200. Gladius, cum ſclopeto ad manubrium aptato; EMINVS, ET COMINVS. 390.

201. Stella; MONSTRANT REGIBVS ASTRA VIAM. 395.

202. Carduus; NEMO ME IMPVNE LACESSIT. 396.

203. Chalybs, & ſilex igniarius; ANTE FERIT, QVAM FLAMMA MICET. 397.

204. Aureum vellus; PRETIVM NON VILE LABORIS. 398.

205. Annuli à magnete inuicem nexi; ARCANIS NODIS. 400.

206. Columba odorifera, quam columbæ aliæ ſectantur; IN ODOREM. 402.

207. Speculum vſtorium ignem excitans; QVIA NEC SINGVLI, NEC DIVERSI. 403.

208. Fons irrigans balſami arbuſculas; CRESCIT QVODCVMQVE RIGAT. 405.

209. Vipera repens ad balſami arbuſculam; VENIO POSITVRA VENENVM. 406.

210. Regaliolus ad aquilam volans; VT ASSVMAR. 408.

211. Hirundo circumuolitans ad nidulum ſuum; NVNCIA VERIS. 409.

212. Pyramis, Solem directè habens ſupra ſe; VMBRÆ NESCIA. 411.

213. Alcyon auis; CÆLO CONCEPTA SERENO. 412.

214. Nubecula impluens in mare; REDIT AGMINE DVLCI. 414.

215. Cucurbita arida, quæ eſt conditorium ſalis; MELIORA LATENT. 415.

216. Cribrum piſtorium, farinam incernens; IL PIV BEL FIOR NE COGLIE. 416.

217. Grues, quæ mare tranſuolant; VEL CVM PONDERE. 417.

218. Apes ex mortuo boue prodeuntes; ALIENO FVNERE VITAM. 418.

219. Prælum Typographicum; PREMAT, DVM IMPRIMAT. 419.

220. Tympanum, ſitulis catenatis puteum hauriens; VNA OMNES. 420.

221. Stellinus auis; VTRAQVE FELICITAS. 421.

222. Cerui natantes ſimul; DANT ANIMOS VICES. 422.

223. Plantarium; POMIS SVA NOMINA SERVANT. 423.

224. Heliconis mons; ADIMVNT MEA PASCVA VIRVS. 425.

225. Palumbuli, lauri folia in roſtro habentes; VT SANEMVR. 426.

226. Clitoris fluuij piſces; MVTVM ALIBI GENVS. 427.

227. Piſcis Lucerna; NOMEN LINGVA DEDIT. 428.

228. Organum canens ex ſolius aquæ miniſterio; CONCINO DVM CONCIDIS. 430.

229. Molendinum, quod aquâ verſatur; AGIT DVM AGITVR. 431.

230. Papyrus ſucco citreo exarata; IMMERSA LEGETVR. 432.

231. La-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

231. Lapis, qui infuſo latice ſecatur; NON SINE HVMORE. 433.

232. Spongia; PONDVS AB VNDIS. 434.

233. Spongia item, Muſicas notulas delens; MELIORA SEQVENTVR. 435.

234. Globulus, ſupra fontis aquam emicans; EXTVLIT, ET SVSTINET. 436.

235. Rota, quæ dum aquis agitur, pecuniam ſignat; IMPRIMIT, ET VALEO. 437.

236. Nix intra putamina tritici; IN LEI M' ATTEMPO. 438.

237. Luſcinia edens vermiculos, in furfure; CON QVEST' ALZATO. 439.

238. Hirundo, quæ inſtructa bacillulo, mare pertranſit; DEFESSA, NON DIFFISA. 440.

239. Cylindrus, quo ſaxa adducuntur; SVB PONDERE LEVIS. 441.

240. Serpens ſopitus, intra circulos; COLLIGET SENSVS. 442.

241. Apes, contra ventum, lapilli ponduſculo libratæ; NE DEVIET IMPETVS EVRI. 443.

242. Apis, quæ agit antecurſorem; EXCITAT AD OPVS. 444.

243. Apes duæ ad oſtiolum apiarij excubantes; CVSTODIA SERVAT. 445.

244. H. littera; SI CETERIS ADDAR. 446.

245. Plectra duo inſtructa fidiculis; ALIIS PVLSIS, RESONABVNT. 447.

246. Iris ſupra herbam aſpalathum; A TE VIRTVS MAIOR. 448.

247. Aquila, cui ſerpens Dipſas pectus admordet; SEMPER ARDENTIVS. 452.

248. Balſamum ex arbuſculâ fluens guttâ bicolori; ORIGINE AB VNA. 454.

249. Purpura, intra conchylium candidiſſimum; DAT PRETIVM CANDOR. 456.

250. Pellis colubri; COGNATI CORPORIS EXPERS. 459.

251. Bos inter aram, & aratrum; IN VTRVMQVE PARATVS. 460.

252. Porphirion ales; IN VTRVMQVE PARATVS. 461.

253. Columna ignis, & columna nubis; ESTE DVCES. 462.

254. Galea clathris adductis; LVCEM ADIMO, ET VVLNERA. 463.

255. Pyxis intus gemmis inſtructa; AMAT OBSCVRVM. 464.

256. Noctua; NIL INDIGA LVCIS. 465.

257. Luna decreſcens; LATEO, NON MINVOR. 466.

258. Corallium rubens; ANTE VIREBAM. 467.

259. Oleaſter cui ramus oleæ inſeritur; SVCCOS OBLITE PRIORES. 468.

260. Globus ferreus & cauus in igne, accendens alium ignem; LÆSVS IVVO. 469.

IN-

INDEX
SYMBOLORVM HEROICORVM
QVÆ NON SCVLPTA.

1. Ceraunia gemma; FVLMINE CREVIT. *pag.* 173.

2. Serpens; CANGIO LA VECCHIA, E NOVA SPOGLIA PRENDO. 333.

3. Laurus prope riuulum; DEO COADIVVANTE. ibid.

4. Adamas; SEMPER ADAMAS. 334.

5. Aſpis caudam iniiciens in aurem; MENTEM NE LÆDERET AVRIS. ibid.

6. Columna, quam Sol illuſtrat; TANTVM VOLVITVR VMBRA. ibid.

7. Arundines paluſtres; FLECTIMVR, NON FRANGIMVR VNDIS. 335.

8. Monoceros; VENENA PELLO. ibid.

9. Frondes arborum deciduæ; FACILIS IACTVRA. 336.

10. Accipiter dimittens auiculam; NON FVGA, SED CONTEMPTVS. ibid.

11. Horologium ſolare; EX NIGRO DISCES. ibid.

12. Scutum militis Spartani; AVT CVM HOC, AVT IN HOC. 337.

13. Ceruus cum dictamno; ESTO TIEN SV REMEDIO, NO IO. ibid.

14. Turtur; ILLE MEOS. 341.

15. Veſpertilio; LVMINE GAVDET. 342.

16. Arcus, & iacula perfracta; FRACTA MAGIS FERIVNT. ibid.

17. Venti nauem impedientes, ne in portum intret; MORANTVR, NON ARCENT. 344.

18. Terminus; NEMINI CEDO. 348.

19. Camelus procumbens ante merces; DONEC ACCIPIAT. 348.

20. Camelus pede turbans aquam; LE TROVBLE ME PLAIST. ibid.

21. Ignis magnus cum fumo; DOVE E GRAN FVOCO, E GRAN FVMO. 348.

22. Tubus fartus puluere; TANTVM CREPITVS. 349.

23. Sepia; MAS SE BVSCA, MAS S' ASCONDE. ibid.

24. Arbor Perſica; TRANSLATA PROFVIT. ibid.

25. Platanus; VMBRA TANTVM. 349.

26. Sus cùm occiditur; TANTVM FRVGI. ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

27. Crocodilus ; PLORAT, ET DEVORAT. 350.

28. Formica, & iuxta eam Orbis terrarum ; D' ALTRI HOMERI SOMA, CHE DE TVOI. ibid.

29. Candela, quæ ab emunctorio extinguitur ; D'ONDE SPERAR DOVEA LVCE MAGGIORE. ibid.

30. Pila pugillaris ; TODO ES VIENTO. ibid.

31. Luna inter ſtellas; PROPIOR, NON MAIOR. ibid.

32. Fax Hymenæi è ſpinâ ; PVNGIT, ET ARDET. ibid.

33. Mare, dum in littus placidè illabitur ; OSCVLATVR LIMITES. 377.

INDEX

FIGVRARVM SINE LEMMATIS.

1. Tormentum æneum pilam euibrans. 187.

2. Ignis, in arâ Iunonis, inter flabra ventorum. 188.

3. Sol ſuper Horizontem. 189.

4. Ceres, dum rapitur. 458.

LEMMATVM SINE FIGVRIS.

1. XXVII.
2. MXCV. } pag. 176.

3. S P Q R.
4. M T C.
5. A E I O V. } 177.

6. A I P Q N S I A. 178.

7. ADSIT.
8. FERT. } 179.

9. LLLMM.
10. MMMMM. } 180.

11. FFF.
12. FLR. } 181.

13. SIVOLG. 182.

14. QVALIS REX, TALIS GREX. 183.

15. REX VIVA LEX. *ibid.*

16. PRINCEPS MISER, QVEM LATET VERITAS. *ibid.*

17. MAGNVM SATELLITIVM AMOR. *ibid.*

18. ESTO, QVOD AVDIS. *ibid.*

19. MELIVS MORI, QVAM SIBI VIVERE. *ibid.*

20. HOMO NON HOMO IRATVS. *ibid.*

21. INSANIA LÆTA VOLVPTAS. *ibid.*

22. PVLCHRA EST CONCORDIA CORDIS ET ORIS. ibid.

23. PACEM CVM HOMINIBVS, CVM VITIIS BELLVM. *ibid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

24. QVOD PALAM, HOC CLAM. *ibid.*

25. SATIVS RECVRRERE, QVAM MALE CVRRERE. *ibid.*

26. SCOPVS VITÆ MEÆ CHRISTVS. 184.

27. LOQVERE, VT TE VIDEAM. *ibid.*

28. ADORATVRI SEDEANT. *ibid.*

INDEX
DIVERSARVM ICONVM
QVÆ IN HOC OPERE SPECTANTVR.

1. Titulus Libri; & in eo Ingenium, hinc à Naturâ, hinc ab Arte materiam accipiens, ad ſcribenda Symbola Heroica. *pag.* 1.

2. Imago Ill^{mi} ac Reu^{mi} PETRI ALOYSII CARAFÆ Epiſcopi ac Legati. iiij.

3. Teſſera Gentilitia familiæ Carafenſis. xvj.

4. Prima ſtemmatum eius Tabula. xxij.

5. Secunda Tabula. xxviij.

6. Tertia Tabula. xxxvj.

7. Quarta Tabula. xlvj.

8. Quinta Tabula. lij.

9. Sexta Tabula. lxiv.

10. Septima Tabula. lxxiv.

11. Numiſma cum labaro Conſtantini. 78.

12. Numiſma cum icone ac teſſerâ Conſtantini. 78.

13. Numiſma cum icone ac teſſerâ Maiorani Auguſti. 79.

14. Laurea Ducum Chriſtianorum triumphantium. 80.

15. Numiſma referens Apotheoſim Conſtantini. 81.

16. Horologium ſolare in annulo. 96.

17. Horologium item ſolare in annulo. 98.

18. Claues duæ cum ſigillo. 119.

19. Clauis alia item cum ſigillo. 120.

20. Clypeus cum germine ſemper viuo, & cum Epigraphe; LA VIRTV FA. 133.

21. Diademata tria, cum hac item Epigraphe; VALER. 134.

22. Muſices notulæ. 135.

23. Acus Magnetica cum circumſcriptis literis Alphabeti. 145.

24. Horologium innatans aquæ. 146.

25. Venus pede teſtudinem premens. 162.

Camæleon. 163.

26. Colorum delineatio. 314.

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

A.

Academiæ in Italiâ, quales ſint conuentus. pag.412. 413.414.
Academiarum laus. 414.
Academiæ & Academici Italiæ cur nomina habeant, quæ imperfectionem ſonant. 468.
Academiæ vis exprimitur. 368.
Academiarum Romæ honor. 413. 414.
Academiarum vtilitas, à pag.414. vſque ad 429.
Academiarum Symbola generalia, ibid.
Academiarum generalia Symbola ab Auctore excogitata, à pag.424. vſque ad 428.
Academicorum particularia Symbola, à pag.430. vſque ad 448.
Accipiter rectà ſurſum volat. 280.
cuius rei ſit Symbolum. ibid.
Achilles Hectorem raptans cuius rei ſit Symbolum. 240.
Acus Magnetica. 61.
Adamantem quis primus cælauerit. 121.
Adamantes homo calculoſus aliquando eiecit. 95.
Adamas ſculptus icone Angeli. 121.
Adriani Flerontini Symbolum. 54.
Adulatio, vitium ſeruile. 164.
Adulatorum in Emblemate deſcriptio. 163.164.
Adulatorum Symbolum eſt Camæleon. ibid.
Æneas Anchiſem ferens, an ſuadeat efficaciter pietatem in parentes. 238.
Ænigmata nonnulla referuntur. 391.392.
Æquanimitas in aduerſis in Symbolo expreſſa. 21.
Affidati Academici Papiæ. 421.
eorum Symbolum. ibid.
Alberti Archiducis Auſtriæ Symbolum. 208.
Alciati Emblemata duo referuntur. 162.163.
Alcyonis partus Symbolum immaculatæ Conceptionis beatæ Virginis. 411.412.
Alexandri Donati Symbolum. 327. 328.
Alexandri Magni ſcalptor quis fuerit. 122.
eiuſdem ſigilla. 108.
Alexandri Medicei Symbolum. 36.
Alexandri Seueri habitus referens Solem & Lunam. 196.
Alexandri Vrſini Cardinalis Symbolum. 18.

Allegoria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Allegoria quando nam fieri ſoleat. 451.
Allegoriæ comes obſcuritas. ibid.
Alluſiones figuræ ingenioſæ, à paginâ 324. vſque ad 330.
Alluſiones lemmatis item ingenioſæ, à pag. 370. vſque ad 376.
Aloyſij Eſtenſis Cardinalis Symbolum. 13.
B. Aloyſij Gonzagæ Symbola. 9. 10. 236.
Alphonſi I. Ferrariæ Ducis Symbolum. 252.
Alphonſi X. Regis Legionenſis Symbolum. 261.
Amicitiæ caſtæ Symbolum. 50.
Amicus vſque ad aras. ibid.
Amor ſubditorum eſt cuſtodia Principis. 225.
Amoris viciſſitudo. 20.
Andreæ Gonzagæ Symbolum. 275.
Andreæ Sfortiæ Marchionis Palauicini Symbolum. 212.
Andromeda ad ſcopulum in Symbolo expreſſa. 209.
Angeli Paſqualini Symbolum. 64.
Animi infracti Symbolum. 40.
Animæ ſalus vnde peti debeat. 11.
Animoſi Academici, & eorum Symbolum. 422.
Annibal venenum ex annulo hauſit. 122.
Annibalis Cari clandeſtina locutio. 130.
Annominatio in lemmate. 365. 366.
Annuli primus inuentor quis fuerit. 85. 86.
Annuli antiquitas. 86.
Annuli vocabulum vnde deriuetur. 98.
Annuli æſtiui & hiberni. 92.
Annuli antiqui cum claue. 119. 120.
Annuli apiri, quinam fuerint. 101.
Annuli aurei, quandonam Romæ cœperint. 90.
Annuli ferrei vſus. 86. 90. 91.
Annuli ad Cannas Romanis erepti, an omnes fuerint aurei. 91.
Annulus initio fuit geſtamen ſeruorum. 87. 88.
Annulos geſtare, quibuſnam deinceps licuerit. 88. 89. 90. 91.
Annulus cur Regi tribueretur. 89.
Annuli honeſtas & Religio. 112. 113,
Annulus quibuſnam detrahi ſoleret. 112.
Annuli plures in eodem digito. 103.
Annuli cur in læuâ tantùm geſtabantur. 104.
Annuli admiſſi etiam ad dexteram. 105.
Annuli digitus. Vide, *Digitus annuli.*
Annulo adhærere, quid olim fuerit. 122.
Annulus Caroli V. cum horologio rotato. 96.
Annuli duo cum horologio ſolari. 96. 97. 98.
Annulus Gygis. 94.
Annulus Iudæ Patriarchæ, & eius pretium tenue explicatur. 86. 87.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Annuli à Magnete in catenam ordinati. 400.401.
Annulus Nonij Senatoris. 95.
Annulus Polycratis Tyranni. 94.
Annulus Pyrrhi Regis. 95.
Annuli ſeptem Apollonij Thianæi. 93.
Annuli pretium ex luxu creuit. 87.
Annulus pronubus beatiſſimæ Virginis. 99.100.
Annuli pronubi forma, & cælatura. 100.101.
Annuli pronubi digitus. 102.
Annuli ſigillaritij. 106. & deinceps.
Annulus ſignandi potiùs quàm ornandi causâ olim adhibitus. 106.
Annuli ſigillaritij auctoritas & fides. 114.
Annulus Symbolum ſecreti. 116.
item ſeruitutis. 89.
Annuli ſigila varia. 107. & deinceps.
Annuli vſus in ſignandâ re familiari. 116. & deinceps.
Annuli vſus in ſacrificiis. 113.
Annuli eiuſdem explicatio. ibid.
Annuli vſus ad venena. 122.
Anſer eſt Symbolum conſtantiæ. 47.
non incubat alienis ouis. 283.
odit laurum. 429.
cur auis improba vocetur. ibid.
Antitheſis laudatur in lemmate. 362.363.
Antonij Abundantij Symbolum. 55.
Antonij Mariæ Maraffæ Symbolum. 284.
Apes Barberinæ. 328.
Apes ex mortuo boue prodeunt. 418.419.
aculeum pro Rege ſuo exacuunt. 35.
flori numquam nocent. 50.
lapillis muniunt ſe aduerſus ventos. 443.
cuſtodiunt oſtium apiarij. 445.
Apis vna fungitur munere Antecurſoris. 444.
Apum Rex aculeo caret. 34.
eſt Symbolum clementiæ. ibid.
Apodoſis quid ſit. 199.
Apologi vim habent potiùs exponendi quàm ſuadendi. 214.215.
Apologus Æſopi de Vulpe & Grue. 206.
eiuſdem de Samiorum Tyranno. 214.215.
Agrippæ ad plebem Romanam. 215.
Aquauinæ familiæ Symbolum. 334.
Aquila pullos ad Solem explorans. 46.
cuius rei ſit Symbolum. ibid.
Aquila cur ad nidum lapides ferat, & cuius rei Symbolum ſit. 329.
Aquiſgrani laus. 178.
Aranea contra ventum nititur. 264.
Araneæ Thebis belli præſagium dederunt. 244.245.
Aries retrocedit, vt pugnet. 323.
Arij Regis ſigillum. 109.
Arma in armamentario, cuius rei ſint Symbolum. 32.
Arpini quænam ſint inſignia. 177.
Artefacta ſunt idonea ad Symbola

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

la Heroica. 257.258.
fundant Protaſim neceſſariam. 258.
Aſpalatho herba virtutem ab iride accipit. 448.
cuius rei ſit Symbolum. ibid.
Aſbeſti lapidis natura. 274.282.
Aſcanij Piccolominei Archiepiſcopi Senenſis Symbolum. 19.
Auctoris conſilium in præceptis tradendis ad Symbola Heroica. 469.
Aucupij quis fuerit inuentor. 247.
Auguſti ſcriptio clandeſtina. 137. 138.
Auguſti ſigillum. 108.109.
Auguſti Scalptor quis fuerit. 122.
S. Auguſtini ſigillum, & eius explicatio. 110.111.
Auguſtini Bardi Symbolum. 253.
Aulici optimi, quænam ſint dotes & partes. 55.
Aulici cuiuſdam clandeſtina locutio. 127.
Aulicorum licentia in æſtimandis aliorum factis. 43.
Aurea anima quæ ſit. 66.
Aurum non contrahit rubiginem. 66.
Aurora Symbolum Margaritæ Auſtriacæ Reginæ. 65.
Auuiuati Academici, & eorum Symbola. 418.419.444.445.

B.

Balſamum ſerpenti venena adimit. 406.
fluit venâ bicolori, albâ, & nigrâ. 454.455.
ita fluens cuius rei ſit Symbolum. 455.
Bartholomæi Bergomatis locutio clandeſtina. 126.
Bellerofotij fratres, & eorum Symbolum. 249.
Beneficij quænam ſint dotes. 20.
Bernardi Baldini Symbolum. 61.
Bernardi Candidi Symbolum. 407.
Bernardini Comitis de la Guardia Symbolum. 363.
Bernardini Rotæ Symbolum. 68.
Bernardini Stephonij lemma ingenioſum. 180.181.
Boleſlai Regis locutio clandeſtina. 125.
Bombyx Symbolum hominis liberi à prauo amore. 52.
Bombyx Symbolum animi modeſti. 53.
Bos inter aram & aratrum cuius rei ſit Symbolum. 460.
Bos lentè gradiens, Symbolum Regis Renati. 29.
Burchardi Montmorencij locutio clandeſtina. 124.125.

C.

Cæſaris ſigillum. 107.
Cæſaris equus omnem alium ſeſſorem excutiens. 244.
Cæſaris clandeſtina ſcriptio. 137.
Cæſaris Ducis Mutinæ Symbolum. 272.
Calcaria ſunt Symbolum B. Aloyſij Gonzagæ. 9.
Camæleon cuius rei ſit Symbolum. 163.

Camelus

Camelus Symbolum animi circumſpecti. 361.
Symbolum ficti obſequij. 348.
Symbolum turbidi ingenij. ibid.
Campana cuius rei Symbolum ſit. 326.
Cancer cuius rei Symbolum ſit. 362.
Candoris laus & profeſſio Symbolo exprimitur. 12.
Canis lambendo ſanat vulnus. 368.
Canonici munus, eiuſque Symbolum. 54.
S. Caroli Borromæi Symbolum. 11.
Caroli Friderici Iuliæ Ducis Symbolum. 225.
Caroli Magni ſigillum in gladij capulo. 114.
Caroli V. Symbola. 24.342.343.
Caroli V. annulus cum horologio rotato. 96.
Caroli Vrſini Symbolum. 42.
Catharinæ Reginæ Galliæ Symbolum. 243.
Cera Aſiatica olim adhibita ſignandis epiſtolis. 115.
Ceres dum rapitur, cuius rei ſit Symbolum. 458.
Cerui ad fontem ſanitatis cauſâ eunt. 11.
quanam ratione ſimul natent. 422.423.
Charites & earum teſſeræ explicantur. 20.
Cheles duæ tempore brumæ ſolent conſonare. 447.
cuius rei ſint ſignum. ibid.
Cryſtallus Soli expoſita quid non vrat. 12.
Cryſtallus triangularis in Sole cuius rei ſit Symbolum. 56.
Chriſtiani Herois profeſſio. 61.184. 231.311.312.397.
Chriſtianæ militiæ profeſſio. 78.79.
Chriſtianorum ſigilla. 110.
Chriſti Domini obitus Symbolo exprimitur. 190.
Chriſtophori Madrucij Cardinalis Symbola. 17.233.
Ciconia Symbolum amoris reciproci. 20.
Symbolum pietatis erga parentes. 238.
Ciconiæ præſagium victoriæ ad Aquileiam Attilæ dederunt. 245.
Circinus cuius rei ſit Symbolum. 55. 382.
Claudiæ Rangoniæ Symbolum. 67.
Clementiæ laus & dignitas. 34.
Clementis VII. Symbolum. 12.
Clementis VIII. Symbolum. 221.
Clitoris fluuij piſces vocales. 426. 427.
Clandeſtina epiſtolarum tranſmiſſio tempore belli. 153.154.155.
Clandeſtinæ locutionis modus apud Veteres. 123.124.
eiuſdem modus apud noſtrates. 123.124.
eiuſdem vſus frequens apud Italos, à pag. 127. vſque ad 135.
eiuſdem modus tempore belli, à pag. 148. vſque ad 152.
Clandeſtinæ ſcriptionis vſus apud Veteres, à pag. 135. vſque ad 138.
eiuſdem vſus apud noſtrates, à pag. 139. vſque ad 148.

Clodouæi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Clodouæi vetus Symbolum. 230.231.
Clotarij Regis Francorum Symbolum. 25.
Clypeus, cui ſclopetus inſeritur. 389.
Codri Regis mors. 235.
Collegij Romani Symbola Parthenia. 399.400.
Coloris vis ad ſignificandum. 196.
Colores neceſſarij ad vnam figuram an eam excludant, à pag. 310. vſque ad 314.
non ſunt neceſſarij ad Symbola Heroica. 453.454.
poſſunt pingi à variis artibus. 313.
diſtinctè in ære incidi poſſunt. 314.
Columba odorifera alias columbas trahit. 401.
cuius rei ſit Symbolum. ibid.
Columna nubis, & columna ignis. 462.
Columnæ Herculeæ. 343.
Columnenſium Procerum Symbolum. 40.
Comitis Eſſexiæ Symbolum. 308.
Commodi Imperatoris ſigillum. 108.
Comparatio duobus modis accipi poteſt. 199.
contracta ad vnum verbum eſt Metaphora. ibid.
eius partes Protaſis & Apodoſis. ibid.
cur neceſſaria ſit ad Symbola Heroica. 200.201.
eius duplex poteſtas eſt, delectare ac ſuadere. 200.201.202.
eius vis & natura explicatur. ibid.
eius genera quatuor. 216.217.
Comparatio ex Apologis idonea non eſt ad Symbola Heroica. 202.213.214.215.
ea Protaſim habet fictam & incredibilem. 215.
Comparatio ex Parabolis Protaſim habet fictam, ſed credibilem. 214.
ea non eſt idonea ad Symbola Heroica. ibid.
Comparatio ab exemplo aut re fortuitâ Protaſim habet veram, ſed contingentem. 217.
ab exemplis deſumpta idonea non eſt ad Symbola Heroica. 237.238.239.
accepta ex artefactis eſt idonea ad Symbola Heroica. 257.
deſumpta ex rebus naturalibus eſt maximè idonea ad Symbola Heroica. 294.
Concha vnionis mater Symbolum humani corporis. 63.
eadem Symbolum Margaritæ Auſtriacæ Reginæ. ibid.
Concordiæ Symbola. 226.233.
Coniugij Symbolum eſt cornix auis. 229.
Conſtantiæ laus. 47.
Conſtantia in benè cœptis. 274.
in aduerſis. 270.276.288.
in fide. 365.
Conſtantini Magni pietas, & Chriſtiana profeſſio. 78.79.80.81.
Contraria & diſſimilia non congruunt

gruunt Symbolis Heroicis, à paginâ 342. vſque ad 347.
Crater fontis, & eius aqua eleuans globulum, cuius rei ſit Symbolum. 436.
Cribri piſtorij deſcriptio. 43.
idem cuius rei ſit Symbolum. 416.417.
Crocodilus Symbolum fictæ commiſerationis. 350.
Crocus flos cuius ſit naturæ. 68.
Symbolũ eſt mortis honeſtæ. ibid.
numquam fuit adhibitus ad coronas. ibid.
Cucurbita arefacta eſt pro ſalino. 415.
eadem cuius rei ſit Symbolum. ibid.
Cuniculorum fodiendorum in bello quis fuerit primus Auctor. 48.
Cuniculorum eorumdem deſcriptio. ibid.
Curtij Burgheſij Symbolum. 252.
Curtij Gonzagæ Symbolum. 276.
Cygni laus. 16.
eius aduerſus aquilam pugna & victoria. ibid.
ita dimicans, cuius rei ſit Symbolum. ibid.
Cylinder ſub pondere leuis cuius rei ſit Symbolum. 441.

D.

DÆdali opera fugitiua Symbolum inconſtantiæ. 47.
Definitiones variæ Symboli Heroici, à pag. 171. vſque ad 176.
Definitio Auctoris quæ omnibus Symbolis Heroicis conueniat, à pag. 449. vſque ad 459.
Demoſthenes venenum ex annulo hauſit. 122.
Dentale cuius rei Symbolum ſit. 251.
Dianæ Epheſinæ conflagratio cuius rei ſit Symbolum. 236.
Dies iuxta ordinem Planetarum ordinantur. 93.
Dies ſinguli quomodo à Planetis appellationem habeant. ibid.
Digiti annulares quinam fuerint. 102.103.104.105.
Digitus medius cur infamis habeatur. 103.
Dipſas ſerpens, & eius venenum. 452.453.
Draco Symbolum optimi Principis. 320.
Ducis Terrænouæ Symbolum. 44.

E.

EChinus Symbolum militiæ. 38.
Eduardi I. Regis Britanniæ Symbolum. 248.249.
Eduardi II. Regis Britanniæ Symbolum. 264.
Eduardi VI. Regis Britanniæ Symbolum. 204.
Eleonoræ Toletanæ Symbolum. 234.
Elephas belluas minores non aggreditur. 31.
poſt decennium parit. 268.
Epiſtolæ in rogum coniectæ cuius rei ſint Symbolum. 316.317.
Equa ex Auſtro concipiens, cuius rei ſit Symbolum. 373.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Equi pictura ingenioſa. 323.324.
Equus, morſu lupi, fit generoſior. 293.
Emblema quid ſit. 159.
quid ſignificet. 157.158.
eius partes, pictura & metrum. 159.160.161.
eius materia. 160.
ei propria eſt admonitio. 159. vſque ad 162.
Emmanuelis Philiberti Ducis Symbola. 31.32.
Enſis in furfure cuius rei ſit Symbolum. 43.
Eraſmi Symbolum ſuperbum. 348.
meritò is reprehenditur, quoniam fabulas vocauit parabolas Euangelij. 218.
Exempli modica vis eſt ad perſuadendum. 238.
Euchariſtiæ Symbola duo. 458.459.
Europæ populi cur dicantur ſimiles formicis & ranis. 200.

F.

Fabij Maximi Symbolum. 203.
Famæ optimæ ſtudium. 51.
Famiani Stradæ Symbola. 4.5.7.8. 62.63.190.355 356.423.
Felicis Principis Salerni Symbolum. 211.
Ferdinandi I. Cæſaris Symbolum. 178.
Ferdinandi Regis Catholici Symbolum. 231.
Ferdinandi IV. Regis Legionis & Caſtellæ locutio clandeſtina. 133. 134.
Ferdinandi Aragonis Neapolitani Regis Symbolum. 30.
Ferdinandi Hetruriæ Magni Ducis Symbolum. 34.
Ferdinandi Gonzagæ Ducis Mantuæ Symbolum. 37.
Ferdinandi Gonzagæ præfecti copiarum Caroli V. Symbolum. 273.
Ferdinandi Sanſeuerini Symbolum. 277.
Ferrum præ aliis innocens eſt aratrum. 15.
Fides erga Principem. 253.
Fidem Auctoris obligant Symbola Heroica. 196.197.198.214.215.
Figura an ſit corpus Symboli Heroici. 193.194.195.
Figura ſola non ſufficit ad Symbola Heroica, à pag. 185. vſque ad 193.
Figuræ plures an eſſe poſſint in vno Symbolo Heroico, à pag. 303. vſque ad 306.
Figuræ quæ non apparent an ſint idoneæ ad Symbola Heroica, à pag. 306. vſque ad 314.
Figuræ proprietas in quo ſenſu certa eſſe debeat. 345.346.
Figuræ proprietas obſcura an excludi debeat, à pag. 315. vſque ad 319.
Figuræ alluſiones ingenioſæ, à paginâ 324. vſque ad 330.
Figuræ humanæ an admittantur in Symbolis Heroicis. 240.241.
Figuræ ſpecioſæ ſemper requiruntur ad Symbola Heroica, à paginâ 319. vſque ad 324.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Figuræ quandonam ſpecioſæ aut ſordidæ debeant cenſeri. 322.
Figuræ animalium quomodo ſint pingendæ. 323.324.
Flamini Diali cur interdicebatur vſus annuli. 89.
Flamma cuius rei ſit Symbolum. 67.270.
immeritò habetur typus obſcœni amoris. 67.
aquâ modicâ magis accendit. 291.
Flauij Iouiani lemma. 184.
Flauij Iulij Criſpi lemma. 183.
Fluuius ſemper augetur. 385.
Fœnerari propriè quid ſit. 71.
eſt inhoneſtum. ibid.
Fomes accenſus Symbolum eſt amoris perpetui. 380.381.
Fons B. Virginis irrigans balſami arbuſculas. 404.405.
Formicarum admirandi mores. 347.
Fortitudinis Symbolum. 39.
Fortuitæ res à Symbolis Heroicis reiiciuntur. 244.245.
Fortunæ aduerſæ & propitiæ conſideratio. 42.
Fortunam claudam cur Antiqui non pinxerint. ibid.
Fortunæ tenuis homines deſpici non debent. 265.
Franciſci Regis Galliæ Symbolum. 332.
Franciſci Hetruriæ Magni Ducis Symbolum. 33.
Franciſci Mariæ Ducis Vrbini Symbolum. 39.
Franciſci Lancij Symbolum. 283.
Franciſci Mandoli Symbolum. 381.
Franciſci Marcheſij locutio clandeſtina. 126.127.
Franciſci Villadumij Symbolum. 192.
Friderici Pulchri lemma. 183.
Frederici III. lemma. 177.178.
eius Symbolum. 224.
Frederici Vrbini Ducis Symbolum. 269.
Friderici III. Marchionis Mantuæ Symbolum. 191.
Fumus Symbolum ſuperbiæ. 349.
Furfurarij Academici. 43.416.
eorum Symbolum generale. 416.417.
eorumdam aliquot particularia Symbola, à pag. 437. vſque ad 439.

G.

GAbrielis Ducis Cæſarini Symbolum. 46.
Galbæ Imperatoris ſigillum. 107.
Galea militaris eſt etiam vſui pro foculo. 6.
Symbolum eſt ſancti Ignatij. ibid.
cùm in ordinario vſu eſt, cuius rei ſit Symbolum. 463.
Galeacij Sfortiæ locutio clandeſtina. 125.126.
Gemmas cur natura procreauerit. 95.
Gemmæ annulorum, & earum vſus. 121.122.
Gemmæ duodenæ in Apollinis coronâ. 93.
Generalia Symbola quas leges habeant. 428.429.
Gen-

Gentilitia inſignia Carafenſium, & eorum colores. 454.455.456.
Gladius cum ſclopeto intra manubrium. 390.
Godefridi Bullionei Symbolum. 242.
Gordiani Cæſaris lemma. 183.
Gordij nodi reſolutio. 231.
Grues Symbolum ſilentij. 285.
Symbolum vigilantiæ. 277.
quibus auxiliis mare tranſuolent. 417.418.
Gubernationis optimæ Symbolum. 221.
Guidobaldi Ducis Vrbini Symbolum. 270.
Guidonis Ferrarij Cardinalis Symbolum. 267.
Gulielmi Comitis Palatini Symbolum. 251.
Gulielmi Coëlmontij Symbolum. 405.
Gygis annulus. 94.

H.

Hamus Symbolum inculpatæ tutelæ. 367.
Hedera Symbolum conſtantiæ in fide. 365.
Hedera in pateram formata aquam tranſmittit. 386.387.
Heliogabalus quotidie annulos mutauit. 93.
Heliconis paſcua venenum ſerpentibus adimunt. 424.425.
Heliotropium cuius rei ſit Symbolum. 266.
Henrici Aucupis Symbolum. 247.
Henrici I. Regis Luſitaniæ Symbolum. 205.
Henrici VIII. Regis Britanniæ Symbolum. 223.
Henrici II. Regis Galliarum Symbolum. 27.
Heraclij lemma. 183.
Hercules Atlanti ſuccedens. 239.
Hercules clauâ hydram conuerberans. 207.
Herculis Cardinalis Gonzagæ Symbolum. 16.
Herculis Taſſi Symbolum. 318.319.
Heri virtus famulos illuſtrat. 56.
Heroica Symbola quomodo circumſcribantur, à pag. 171. vſque ad 175.
Hieroglyphica ſunt hominum inuenta. 229.
obſcurè exponunt conſilium Auctoris. ibid.
excluduntur à Symbolis Heroicis. 228.229.
quandonam admitti poſſint ad Symbola Heroica. 229.
Hieronymi de Bellis Symbolum. 254.
Hieronymi Columnæ Symbolum. 327.
Hieronymi Falletti Comitis Symbolum. 49.
Hieronymi Ruſcellij Symbolum. 333.
Hippolyti Eſtenſis Cardinalis locutio clandeſtina. 130.
Hirundinis nidus refertur ad ſapientiam. 409.
Hirundo nuntia Veris. 408.
cum bacillo traiiciens mare. 440.

Hiſtiei Perſæ ſcriptio clandeſtina. 136.
Hiſtricis deſcriptio, & proprietas. 26.
Horæ diei ſingulæ Planetis tribuuntur. 93.
Horæ in anno quot numerentur. 94.
Horologium ex horti deliciis conſitum. 355.
Horologij admirandi noua inuentio. 145.146.
Horologia in annulis. 96.97.98.
Horologium rotatum. 385.
eius deſcriptio. 195.
Horologium Solare. 336.
eius inſcriptio. ibid.
Horoſcopus Auguſti, Caroli V. & Coſmi Medicei. 227.228.
Hortus elegans cuius rei ſit Symbolum. 369.
Hugonis de Verdala Cardinalis Symbolum. 206.
Humana corpora pingi non debent in Symbolis Heroicis. 240.241.
Humani corporis partes quomodo in eis pingi poſſint. 241.
Humani corporis pictura vel larua reiici ab eis non debet. ibid.
Humoriſtæ Academici, & eorum Symbola. 414.415.
eorumdem particularia Symbola, à pag. 430. vſque ad 437.
Hunfridi Comitis Habſpurgenſis Symbolum. 271.

I.

Iacobi V. Scotiæ Regis Symbolum. 265.
Ianus videtur Noë fuiſſe. 72.
cur biceps pingebatur. ibid.
Iaſon cum vellere aureo. 208.
Idanthuræ Regis locutio clandeſtina. 124.
S. Ignatij Symbola. 6.7.8.356.358.
Igniarij ſilices à ſolo chalybe teruntur. 269.
iiſdem adſcriptum Symbolum. 297.
Ignis cuius rei ſit Symbolum. 290.
Imago eſt breuior ſimilitudo. 200.
Imperatoris optimi dotes. 203.
Impreſa *an ſit vox Italica.* 166.167.
quid ſignificet. 165.166.167.
quomodo exprimi poſſit Latine. 167.168.
Incendiarias pilas quis inuenerit. 252.
Inconſtantiæ Symbolum Dædali opera. 47.
Inimici quomodo poſſint prodeſſe. 49.293.
Innocentij VIII. Symbolum. 219.
Intenti Academici, & eorum Symbolum. 420.
Interpunctionum omiſſio in ſcribendo damnoſa. 182.183.
Intrepidi Academici, & eorum Symbolum. 419.
Intrepidi vnius Academici particulare Symbolum. 446.
Intronati Academici, & eorum Symbolum. 415.
Ioannes Rex Galliarum Auctor Equitum ſidereorum. 395.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Ioannis Regis Aragoniæ Symbolum. 262.
Io. Baptiſtæ Comitis ab Arcu Symbolum. 325.
Io. Baptiſtæ Brembati Symbolum. 287.
Io. Baptiſtæ Trincherij Symbolum. 255.
Io. Baptiſtæ dè Ninis Symbolum. 443.
Io. Baptiſtæ Portæ Symbolum. 52.
Ioannis Cephali Symbolum. 286.
Ioannis Franciſci Cardinalis Gambaræ Symbolum. 15.
Ioannis Petri Marchionis Pulignani Symbolum. 213.
Ioannis Roſmarini Symbolum. 56.
Ioſephi Proregis in Ægypto ſigillum. 109.
Iris quandonam ſit maior. 325.
Inſenſati Academici, & eorum Symbolum generale. 417.
eorumdem aliquot Symbola, à pag. 440. vſque ad 443.
Iſabellæ Principis Mantuæ lemma. 176.
Iuliani Medicei lemma. 182.
Iulij Cæſaris ſidus. 340.

L.

LAcedæmoniorum ſcriptio clandeſtina. 138.
Lana & colus Symbolum effeminati hominis. 296.
Lapis Philoſophorum. 66.
Lapis cuius rei ſit ænigma. 391.
Lapis dum ſecatur, ex aquâ remolleſcit. 433.
Larua cuius rei ſit Symbolum. 256.
Laureæ coronæ inſcriptio pro Chriſtianis Imperatoribus. 79. 80.
Laurentij Auueduti Symbolum. 57.
Laurentij Medicei Symbolum. 311. 312.
Laurentij Prioli Symbolum. 250.
Lauri virgam geſtare, quid olim fuerit. 426.
Laurus inimica eſt anſeri. 429.
Laurus igniaria. 263.
Legum cuſtodia quænam ſit. 224.
Leges conſcribendi Symbola Heroica, in quo ſenſu ferantur ab huius Operis Auctore. 469.
Lenitatis Symbolum. 255.
Leo rugitu leunculum exſuſcitat. 379.
Leodienſis ciuitatis laus, à pag. 403. vſque ad 411.
Leonardi Loredani Symbolum. 268.
Leonis X. Symbolum. 246.
Leonis Sanctij Symbola duo. 401. 402.
Leontij Cæſaris lemma. 185.
Liberalitatis Symbolum. 13. 267. 295.
Liberalitatis ſuaſio, & commendatio. 45.
Liberorum educatio quanti æſtimanda. 46.
Libra ſeu bilanx Symbolum æquæ mentis. 22.
Linum Indicum in igne perennat. 288.
Litterarum ſtudia decent etiam belli Duces. 43.

Litte-

Litterarum humaniorum laus, à paginâ 412. & deinceps.
Lemmata ſine figuris, à pag. 176. vſque ad 185.
Lemma ſolum non ſufficit ad Symbola Heroica. 184.185.
an ſit anima Symboli Heroici. 193.194.
debet figuræ conuenire, à pag. 142. vſque ad 146.
tangere Apodoſim non debet, niſi per alluſionem. 376.377.
eius multiplex alluſio, à pag. 370. vſque ad 376.
viuidum eſſe debet. 360.
quam admittat dictionem figuratam, à pag. 360. vſque ad 365.
an poſſit eſſe Metaphoricum, à pag. 377. vſque ad 382.
obſcurum eſſe non debet, à paginâ 388. vſque ad 393.
debet eſſe moratum, à pag. 347. vſque ad 353.
non otioſum. 333.334.335.
etiam particulis otioſis in eo abſtinendum. 337.338.
breue eſſe oportet. 332.333.
quæ tempora, & quos modos admittat, à pag. 353. vſque ad 356.
an admittat poëticos numeros. 383.384.
an deſumi poſſit ex Poëtis & aliis Scriptoribus. 383.384.385.
quo idiomate debeat efferri. 392. 393.394.
Locutio clandeſtina. Vide, *Clandeſtina.*
Lotos herba cum ſole erigitur. 360. 361.
Lucæ Pitti Symbolum. 186.
Lucerna verſatilis deſcribitur. 7.
Lucretiæ Romanæ hiſtoria. 234.
Ludouici VI. Regis Galliarum Symbolum. 259.
Ludouici XII. Regis Galliarum Symbola. 26.260.
Ludouici Cardinalis Borbonij Symbola. 307.
Luna cuius rei ſit Symbolum. 350. 373.466.
Lupus gratitudinem ſuam homini teſtatur. 245.
Lupus equum morſu reddit generoſum. 293.
Luſcinia nutritur vermiculis natis in furfure. 439.
Luxus eſt res ſeruilis. 87.

M.

Machina molendini cuius rei Symbolum ſit. 431.
Machina ex motu aquæ pecuniam ſignans. 437.
Mæcenatis rana in annulo. 260.
Magnanimi aliquot Cæſares recenſentur. 23.
Magnanimi eſt condonare iniurias. ibid.
Magnanimitas explicatur. ibid.
Magnetis vis an conferat ad locutionem clandeſtinam, à pag. 143. vſque ad 148.
Malogranatum cur olim erat Mercurio ſacrum. 217.
Malus vir eſt inſtar venti vehementis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

mentis. 59.
Marci Antonij Columnæ Symbolum. 274.
Marci Aurelij lemma. 183.
Marchionis Sanctacrucij Symbolum. 461.462.
Marchionis Vaſtij Symbola. 47.187.
Margaritæ Auſtriacæ Reginæ Symbola. 62.63.64.65.
Margaritæ Valeſiæ Reginæ Symbolum. 266.
Mariæ Deiparæ Virginalis fecunditas exprimitur. 3. & 4.
eius in cælum aſſumptæ Symbolum. 5.
eius alia Symbola, à pag. 406. vſque ad 412.
eius annulus pronubus. 99.100.
Martialis loca explicantur. 103. 104.
Mathiæ Archiducis Auſtriæ Symbolum. 209.
Maturitas in rebus agendis. 29.
Maximiliani Cæſaris lemma. 183.
Maximiliani Electoris Bauariæ liberalitas. 369.
Metaphoræ natura, vis, & energia explicatur pag. 201. 202. 296. & deinceps vſque ad 302.
eſt comparatio contracta ad vnum verbum. 199.
ne ſit audacior, quomodo temperetur. 200.
eius poteſtas duplex. 201.202.
eius vſus qualis eſſe debeat. 380.
quomodo continuari ea debeat. 378.379.380.
Metaphoricum eſſe non debet lemma Symboli Heroici, à pag. 377. vſque ad 382.
Micipſæ Saluſtiani ad filios parænesis. 233.
Militarium Ordinum aliquot Symbola, à pag. 395. vſque ad 398.
Militiæ Symbolum. 38.
Militis ſtrenui profeſſio. 36.
Millus, ſeu collare moloſſi, Symbolum ſtrenui Ducis. 41.
Mors otium animæ. 199.
Mors decora Symbolo exprimitur. 68.
Mors hominis Chriſtiani pariter Symbolo exprimitur. 19.
Mulieris honeſtæ laus. 162.163.
Mulieris laus eſt ſola pudicitia. 234.
Muris Armenij conſideratio. 30.
Mus eſt Symbolum iudicij. 320.
Muſca eſt Symbolum impudentiæ. ibid.
eſſe poteſt etiam Symbolum honeſtum. ibid.
Muſculus piſcis balænam ducit. 265.
Muſicæ vſus pro ſcriptione aut locutione clandeſtinâ. 134.135.
Muſtela cum ramuſculo rutæ cuius ſit rei Symbolum. 33.278.
Mutij Scæuolæ fortitudo. 235.
Myrtus cur erat in manu Charitum. 20.

N.

N*Arſes Longobardos in Italiam vocat.* 297.
Narſetis laus & vituperium. 296.

Nauis Victoria pro Symbolo. 236. 237.
Neronis ſigillum. 107.
Nicolai Antonij Marchionis de Vico Symbolum. 334.
Nicolai Bernardini Principis Biſiniani Symbolum. 45.
Nicolai Cauſſini Symbolum. 404. 405.
Nicolai Vrſini Comitis Pitiliani Symbolum. 41.
Nix intra putamina tritici non liqueſcit. 438.
Nonij Senatoris annulus. 95.
Nonij Senatoris propter annulum proſcriptio. ibid.
Noctuæ ad aucupium magno numero quæſitæ. 182.183.
Noctua in tenebris videns. 465.
Nubes quæ in mare impluit. 415.
Numeriani lemma. 183.
Numiſmata Veterum ſæpè habuerunt Heroicam ſignificationem. 70.
Numiſmata honoris, à pag. 74. & deinceps.
Numiſmata honoris ſoli Iulio Cæſari viuenti permiſſa. 75.
Numiſma Apotheoſis Conſtantini Magni. 81.
Numiſmata alia Conſtantini Magni. 78.
Numiſmata Cæſarum varia. 77.
Numiſma Lucij Bruti. 75.
Lucij Caſſij. ibid.
Q. Caſſij. 76.
Maiorani Auguſti. 79.
M. Æmilij Lepidi. 76.
Perſarum cum icone ſagittarij. 74.
Petroniæ gentis. 76.
Porciæ familiæ. 75.
Publij Licinij Neruæ. ibid.
Sexti Pompeij Feſtuli. 76.
Titi Manlij Torquati. 77.
Trituriæ gentis. 76.
Numiſmatum variæ inſcriptiones. 80.81.
Nummi indices futuræ felicitatis. 82.83.84.
Nummus datur veluti fideiuſſor. 71.

O.

Obeliſcus cum alis. 212.
Obex clathratus ante ignem. 363.
Obſcuritas vitanda in Symbolis Heroicis. 315.
Octauij Farneſij Ducis Parmæ Symbolum. 210.
Oleaſter cui ramus oleæ inſeritur. 468.
Onuphrij Panuini Symbolum. 460.
Oratoriæ facultatis Symbolum. 355.
Organum muſicum, cuius rei ſit Symbolum. 330.
Organum muſicum, quod ex fonte canit. 430.
Oryx fera Symbolum impuri animi. 113.
cur annulo non ſignabatur. ibid.
Othonis II. lemma. 185.
Othoberti Comitis Aſburgenſis Symbolum. 225.226.
Otij fuga. 15.

Ouum

Ouum plenum rore à Sole aſſumitur. 5.

P.

Pacis tempore belli ſtudium prodeſt. 32.
Palmæ arboris vis aduerſus pondera. 39.
Palumbi ægri ſanantur lauro. 425.
Papyrus inſcripta citro in aquâ legitur. 432.
Parabolarum vſus frequens apud Veteres. 217.
an rectè eæ appellentur ab Eraſmo fabulæ. 218.
ſunt ſemper narratio rei fictæ. 216.
excluduntur à Symbolis Heroicis. 218.
Parricidij excuſatio. 238.
Pecoris procuratio eſt viua agricultura. 71.
Pecuniæ vocabulum vnde ſumptum fuerit. 72.
eius vſus quomodo cœperit. 71.
eius ſignandæ origo quænam fuerit. ibid.
cur boue, oue, ſue olim ſignata. 72.
cur Ianum geminum & roſtrum nauis initio habuerit. ibid.
eius materia æs, argentum, aurum. 73.
Pecunia Romæ argentea quando inceperit. 73.
eiuſdem ſignatura quænam olim fuerit. ibid.
aurea quando Romæ inceperit. ibid.
eiuſdem ſignatura. ibid.
Pegaſus premens leonem. 205.
Pelicani erga pullos amor. 261.
Petri Aloyſij Carafæ Epiſcopi & Legati Symbola. 20.21.22.23.
eidem alia duo Symbola pulchrè accommodantur. 454 455.
Petri Gonzagæ Cardinalis Symbolum. 207.
Petri Franciſci Ferrerij Cardinalis Symbolum. 14.
Petri Franciſci Tortoli Symbolum. 288.
Petri Nauarri Comitis Symbolum. 48.
Perſeus Andromedam liberans. 209.
Philiberti Moneti ſententia de Symbolis Heroicis. 450.
Philippi III. Imperatoris lemma. 183.
Philippi II. Regis Hiſpaniarum Symbola. 28.232.239.263.
Philippi Cardinalis Spinolæ Symbolum. 309.
Phœnix in rogo, cuius rei ſit Symbolum. 17.
Pictura militis ingenioſa. 331.
Pietas in Deum eſt lapis Lydius. 66.
Pij III. Symbolum. 220.
Pila pugillaris in variis Symbolis. 14.42.246.350.
Piſcis in fluuio quale ſit ænigma. 392.
Piſcis lucerna, & ex eo Symbolum. 427.428.
Platani vmbra cuius rei ſit typus. 349.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Plumæ aquilæ alias plumas conſi-ciunt. 273.
Plumbo quæ tabulæ olim ſignaban-tur. 115.116.
Polycratis Tyranni annulus. 94.
Polydamantis Magni Symbolum. 279.
Pompeij Magni ſigillum. 108.
Porcus quale ſit ænigma. 391.
Porphirio auis ſimul aquatica, ſimul terreſtris. 461.
cuius rei ſit Symbolum. ibid.
Præcentio militaris initio prælij olim in vſu erat. 2.
Prælum Typographicum cuius rei ſit Symbolum. 419.
Principis optimi propoſitum. 235. 250.
Principis munus circa ſubditos. 251.
Principum amicitia an ſit ſemper tuta. 290.
eorum laus clementia. 34.
Prometheus an fuerit inuentor an-nuli. 85.86.
Pronubus annulus. Vide, *Annulus.*
Proprietas figuræ quæ maximè ſoleat laudari. 346.347.
in quo ſenſu certa eſſe debeat. ibid.
Proſopopœia in lemmate ſemper eſt laudabilis. 344.360.361.
Protaſis eſt prior pars comparatio-nis, ſeu Aſſumptio. 199.
Purpura eò eſt pretioſior, quò fuerit concha eius candidior. 455.456.
eadem cuius rei ſit Symbolum. ibid.
Pyramis ſub Sole, Symbolum Con-ceptionis B.Virginis. 410.411.
Pyrrhi Regis annulus. 97.
Pyrrhi nobilis viri & militis Sym-bolum. 244.
Pyxis ex gemmis quæ lucem reti-nent in obſcuro. 464.
eadem cuiuſnam rei Symbolum. ibid.

R.

R*Ana cuius rei ſit Symbolum.* 109.259.260.
Ranæ Ægyptiæ pugna. 279.
Regaliolus auis. 287.407.408.
Reginæ Hiſpaniarum Symbola. 204. 205.
Regum manus longæ. 26.
Religionis profeſſio. 271.
Renati Regis Siciliæ Symbolum. 29.
Reſurrectionis Domini Symbolum. 379.
Reticentia in Symbolis Heroicis mirè placet, à pag. 339. vſque ad 342.
Rex ſeruus eſt publicus. 89.
Rhinocerotis pugna cum elephante. 36.
Rodulphi I. Symbolum. 222.
Rodulphi II. lemma. 179.
Roſa cur erat in manu Charitum. 20.
ea cùm inter cœpas & allia ſeri-tur, olet ſuauiùs. 49.
etiam decerpta ſemper olet. 51.
apem paſcit, ſcarabæum enecat. 306.
Symbolum eſt voluptatis. 272.
Rota molendini cuius rei ſit Symbo-lum. 25.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Rota ingens verſatilis, ſeu tympanum. 156.157.

S.

Sabaudiæ Principum lemma. 179.

Sacerdotibus an congruant annuli. 89.

Salamandra cuius rei Symbolum ſit. 262.332.

Samij cur infantibus fuerint comparati. 201.

Sanctis Viris quomodo accommodentur Symbola Heroica. 352.

Sapientis virtus & exultatio in aduerſis. 25.42.58.59.60.

Sapiens qui corripit alium Deo comparatur. 200.

Sapiens Vir annulo Gygis non eget. 94.

Scalpendi artifices primarij. 122.

Scarabæus in ſigillis. 110.

ex roſæ odore perit. 305.

eius varia conſideratio. 321.322.

Symbolum eſt Solis. 321.

item Viri. ibid.

eum in clypeis cur milites geſtarunt. ibid.

eius vſus in contemptum. 322.

Scipionis Bargalij Symbola. 50.51. 280.339.386.

Sclopetus cum rotulâ ad explodendum aptatâ. 339.

Scorpio, cuius rei Symbolum ſit. 275.

Scriptio clandeſtina. Vide, *Clandeſtina.*

Seleuci Regis ſigillum. 109.

Seleucides aues & earum natura. 286.

Seminarij Romani Symbolum. 423. 424.

Senenſium Nobilium cataphractorum Symbolum. 35.

Sepia Symbolum callidi hominis. 349.

Serpens in quonam ſit imitandus. 406.407.

Serpens intra circulos incantantium ſopitus. 442.

Serpentis exuuiæ Symbolum Euchariſtiæ. 459.

Serula ex circulis volubilibus & litteratis. 3.254.

Seueri Imperatoris ad filios in morte parœneſis. 233.

Sfortiæ Palauicini Symbolum. 278.

Sigilla propriè quid ſint. 106.

Sigilla diuerſa recenſentur. paginâ 106. & deinceps.

Sigillum Hebræorum. 107.

Sigiſmundi Malateſtæ Principis Arimini Symbolum. 235.

Silentij Hieroglyphicum. 176.177.

Silentij neceſſitas. 285.

eius Symbolum. 109.

Similitudo propriè quid ſit. 295.

eius vis & energia, à pag. 295. vſque ad 302.

Siren inſigne Columnenſium. 327.

Situlæ putei, cuius rei ſint Symbolum. 19.20.

Smaragdus gemma caſtitatis amica. 100.

Sodalitatum Partheniarum & Sodalium Symbola, à pag. 400. vſque ad 412.

Sol plurium rerum Symbolum. 13. 23.37.190.191.192.193.
Sol in nube producens imaginem ſui. 4.
Solis maculæ. 23.
Somnus quale ſit ænigma. 392.
Sophiæ Auguſtæ conuitium in Narſetem. 290.291.
Sordidi hominis conſuetudo. 117.
Speculum cuius rei ſit Symbolum. 8.284.
Speculum vſtorium cuius rei ſit Symbolum. 402.
Sphragiſtæ quinam olim dicerentur. 113.
Spica tritici cuius rei ſit Symbolum. 289.
Spongia cuius rei ſit Symbolum. 434.435.
Statera Symbolum æquitatis. 21.
item animi erecti. 57.
Stella cadens, cuius rei Symbolum ſit. 64.
Stellæ ſunt lucis fœneratrices. 37.
Stellinus auis ad ſidus Mercurij peruolat. 421.
quomodo pullum ex ouo ſuo excludat. ibid.
Struthiocamelus oua ſolo aſpectu fouet. 48.
Sus Symbolum hominis ſordidi. 349.
Symbola Heroica an appellari poſſint Typi Ethologici. 450 451.
pertinent ad diſciplinam quæ eſt de moribus. 450.
debent eſſe modeſta. 352.353. 462.463.464.
in re amatoriâ non ſunt admittenda. 451.452.453.
ſemper debent promittere virtutem. 468.
obligant Auctoris fidem. 196. 197.198.
in quo ſenſu poſſint appellari allegoriæ. 451.
quandonam cœperint. 169.170. 171.
Symbola Equitum Aurei velleris. 397.398.
Symbolum Equitum Cardui. 398.
Equitum Sidereorum. 395.
Symbola Generalia. pag. 395.& deinceps toto libro IX.

T.

Tabulæ publicæ quomodo olim ſignabantur. 115.
Tali luſorij cur erant in manu Charitum. 20.
Talus luſorius Symbolum conſtantiæ. 60.
Tamerlanis tentorium ex tribus coloribus. 196.
Tarquinij Superbi locutio clandeſtina. 123.124.
Teſtudo cum alis. 211.
Teſtudo quale ſit ænigma. 392.
cuius rei ſit Symbolum. 162.271. 294.
Theonis pictura ingenioſa. 331.
Theſeus, & inſtrumenta labyrinthi. 210.
Totilæ Regis Gothorum gloria & obitus. 296.
Traiani lemma. 183.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Tubus opticus. 23.
Tubus papyraceus pyrio puluere fartus. 10. 58. 349.
Tympanum ſeu rota verſatilis. 420.
Tyrannus cur dicatur ſimilis bubulco. 201.

V.

VAleriani lemma. 183.
Venus teſtudinem premens. 162.
Veſpaſiani Cæſaris ad Ægyptios parænesis. 295.
Veſpaſiani Gonzagæ Symbolum. 38.
Veſpertilio percuſſus ab eunucho ænigma apud Platonem. 392.
Victimæ annulo ſignatæ immolabantur. 113.
Vimina paluſtria cujus rei ſint Symbolum. 40.
Vincentii Ducis Mantuæ Symbolum. 337. 338.
Vincentii Medicei Symbolum. 368.
Vincentii Valerii Symbolum. 372.
Virginii Urſini nota clandeſtina. 133.
ejus Symbolum. 43.
Virtutis magnæ in Viro nobili profeſſio. 309. 310.
Vita humana ſimilis mari. 14.
Vituli marini quies in tempeſtate. 276.
Vltio injuriarum quando poſſit laudari. 16. 30.
Vnio, ſeu margarita, cujus rei ſit Symbolum. 62.
Voluptatis Symbolum roſa. 292.
Voluptates quænam ſint admittendæ. 200.
Vomer aratri cujus rei ſit Symbolum. 15.
Vrbs ad mare ſita, cur ſalſa dicatur. 200.
Vrſa à puerperio priorum pedum ſuctu vivit. 18.
Vrſæ partus linguâ expolitur. 357.
Vrſus linguam exſerens coram apibus. 366.
Vtilitas ex rebus adverſis. 363. 364.
Vtilitas ex inimicis. 49.
VValteri Pauli Symbolum. 374.

X.

XErxis amor erga platanum. 349.

Z.

ZElotypiæ Symbolum. 350.
Zopyri hiſtoria in Symbolo. 232.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

ERRATA.

Pag. 23. *lin.* 12. Pater, Filius, Nepos, *lege* Pater & Filii.
Pag. 124. *lin. pænult.* Buchardus, *lege* Burchardus.
Pag. 216. *lin.* 8. orationem, *lege* narrationem.
Pag. 458. *lin.* 9. Cererem, *lege* Cereris filiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20

1480

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
298 D 20